
APP. AL
MITHRI

VENET
AN
1477












1a Appiani latinè redditi Editio est anni 1472. Ven. apud Vindel. Spirensem. Haec secunda est; verum, ut ait Seemiller II. 5. typorum elegantia & chartae munditia primam facilè superat.

Caracteres elegantissimi, inquit Braun. 1. 188 ita ut ex argento fusi videantur.

P. Candidi in libros Appiani sophistȩ Alexandrini ad Nicolaum quintũ summũ pontificem Prȩfatio incipit felicissime.



Ppiani Alexandrini historiã seu ueterũ incuria: seu temporũ iniquitate deperditã: & ueluti longo postliminio ad nos redeuntẽ optime: ac maxime põtifex Nicolae quinte tuo nutu tuoq; imperio e grȩca latinam facere institui, ut non modo apud nostros nota esset sedulitas mei obsequij: sed ad posteros quoq; uirtutis tuȩ fama transiret. Quid enim dignius tuis meritis impendi potest, q̃ ut ij: qui in sequenti ȩuo hȩc aliquando legent cum ȩdificiorum magnitudinem ornatũ intuebunt: quȩ ȩtate nostra tuo auspicio confecta sunt, te Nicolaũ eum esse intelligant: qui nõ minorem in recuperandis libris, q̃ in restituendis mœnibus huic urbi adhibueris curam. Et ꝑfecto licet illa prȩclara: & magna sint: quȩ manu & arte constant: & a plurimis summo ingenio diligentiaq; parantur, prȩstantiora tamen habenda erunt: quȩ studijs adiuncta, monumentis quoq; seruantur litterarũ. Itaq; qui Petri Basilicȩ contiguam domum admirant a te structam quadrato lapide: qui Hadriani molem uicissim restitutã: qui deorũ templũ ab Agrippa conditũ a te suffectũ ȩtate nostra: qui plura alia breui cessura uetustati ni tua caritas admouisset pias manus, eosdẽ quoq; admirari cõueniet tot illustres libros ad nos tua opera traductos e grȩcis: nec tuam sapientiã nomen dignitatẽ cõmemoratione laudis suȩ immunes prȩterire: etsi non huius temporis esse putem uirtutes tuas elegantiori stilo debitas in mediũ proferre hoc solũ dixerim te his rebus gestis assecutum ut uetus prȩsul dignissimus princeps haberere. Sed ut ad Appianũ redeam Doleo equidẽ summe pater his libris





traducendis nõ mediocrem mihi laborẽ & industriã ereptam esse. Nam cum mecum ipse reputo duos & uiginti libros (tot enim Appianus exarasse dicitur) ita euanuisse ut nouem uix a me: ac ne hi quidem integri posteritati tradi possint omnis mihi scribẽdi feruor ille dilabit͛: q̃q̃ hęc uetus apud nos histo/rię querela sit ut rerum gestarum scripta deflere potius uacet q̃ inspicere. Nam ut clariores referam quis Liuij lacteum illũ eloquentię fontem exaruisse non defleat? interceptam nobis Curtij elegantiam? Trogi grauitatẽ intermissam esse? Taciti magnam partem interijsse? Crispi nil extare: quod cupiditatẽ nostram expleat? Siue rerum ille summus opifex ita statuit ut nihil ętati obsisteret: nihil permaneret: siue causarũ uis laten/tium mortalitati deuouit omnia/ paucorum certe auxilio fra/gilitati nostrę consultum est: Inter quos cum unicus ętate ista uideare: qui dignitati tuę uirtutẽ adiunctam teneas: nec prę/sentibus modo/ uerũ posteris litterarũ specimen: ornamenta priscę cõserues urbis meritos tibi honores reddimus: te sacro illo solio dignũ confitemur: & quicquid bonũ faustumq; con/tinget nobis/ beatitudini & felicitati tuę acceptum referemus.

Liuius.
Curtius.
Trogus.
Tacitus.
Crispus.

Explicit prętatio.



Appiani sophistę Alexandrini Romanę historię proœmium fœliciter incipit.



Omanorum historiam scribere adorsus necessarium ĩ primis mihi existimaui terminos pręponere: quib⁹ nationibus imperent romani. Sunt autē huiusmodi ĩ oceano britannico plures partes. Ab herculeis igit̃ colūnis ĩ id mare: quod ad illas denuo circūq; nauigatur: insulę: littora: populi oēs romano parent imperio. Hoꝝ primi in dextra Maurusij quicunq; circa mare: omnisq; altera Libycorum natio usq; carthaginē. his superiores nomadę: quos romani Numidas *appellant*: & regionē numidiam. Altera autē libyca natio: quę Syrtes ac Cyrenē usq; incolit: & Cyrene ipsa & Marmaridę: Hāmonijq;: & qui paludē mariam tenēt: urbs quoq; magna quam Alexander ad ęgyptū condidit: Aegypt⁹ quoq; uniuersa ad ęthiopes orientales a romanis regūtur. Per Nilum autē nauiganti ad Pelusium usq; per mare: uertentiq; nauigationē & collustranti littora Syria occurrit Palęstina: & supra ipsam pars arabū: finitimiq; Palęstinis Phœnices supra mare: & Phœnicibus ulteriores Cilisyrij sup euphratem usq; fluuiū. A mari superi⁹ Palmyrini sūt: & Palmyrinorū arenę quę supra euphratem incolūt. Cilices Syris ꝓpinqui: & Cappadoces Cilicū finitimi: armeniorūq; pars quā Armeniā minorē uocant. Apud euxinū autē pontū quęcūq; alia maritima romanis parent. Syri quidē & Cilices ad mare ꝓspectant. Armeni autē & Cappadoces inter ponticas gentes habitant. Per mediterranea uero ad Armeniā maiorē romani nō imperant ex tributo admodū: ueꝝ reges illis approbāt. A cappadocia & cilicia in Ioniam descendenti magna adest Cheronesus: cuius

Nationes quibus Romani imperant



Maurusij.
Libyci primi.
Numidę. Nomadę
Libyci secundi.
Marmaridę.
Hammonij.
Alexandria.
Aegyptus.
Syria Palęstina.
Phœnices.
Cilisyrij.
Palmyrini.
Cilices.
Cappadoces.
Armenia minor.
Armenia maior.
Ionia. Cheronesus.

Pamphylij
Lycij.
Cares.
Galathę.
Bithyni.
Mysi.
Pysidę.
Lydij.
Thraces.
Grecia.
Thessalia.
Macedones.
Illyrij. Peones.
Galathę.
Hiberia. Rhenus flu.
Celthiberi.
Aethiopes.
Rhenus.
Hister.

a dextra euxinus pontus: propontis: & hellespontus: ęgeũq; mare: A leua pamphyliũ & ęgyptiũ pelagus. Ferunt quippe ambo cheronesum facere. Adsunt etiam & in ęgyptium mare ꝓspectãtes Pamphylij & Lycij: & post ipsos Cares usq; ad Ioniam. Qui autẽ super euxinũ pontum propontidem & hellespontũ: Galathę & Bithyni Mysi Phrygesq;. in mediterraneis Pysidę & Lydij tot nationes cheronesum incolunt: qbus oib⁹ imperant romani. Vlterius uero transeuntes alijs circa pontũ imperant gentib⁹ & Mysijs qui in europa ac Thracibus qcũq; circa euxinũ sunt. Ab Ionia autẽ sinus maris est ęgeus: & alter Ionij maris: ac siculum tyrrhenũq; pelagus usq; ad herculeas columnas. hęc longitudo ab Ionia ad oceanũ. Et in hac iterum nauigatione tot romanis subiectę nationes: uniuersa gręcia ac thessalia macedones: & quęcunq; alia ad thraces pertinẽt: illyriorũ & pęonũ gens: & ipsa Italia omniũ gentiũ domina: quę ab Ionio circũdata plurimum a tyrrheno mari usq; ad celthas quos ipsi Galathas uocant extenditur: omnisq; celtharũ natio quorum pars ad mare. pars ad oceanũ respicit septentrionalẽ pars apud rhenum fluuiũ habitat: hiberia omnis & celthiberi sup hesperiũ & borealẽ oceanũ ad herculeas finientes columnas. Ac de his quidẽ & singulis earũ diligentissime edisseram cũ de omnib⁹ particulariter nationibus scribenbũ fuerit. Nũc autẽ ꝙ longissimis terminis principatũ assumpserint circa maria: dictum est. Terras deinceps peragranti pars quędã maurusioꝝ superest: qui ad ęthiopes occiduos spectãt: ac calidiorẽ ferisq; horrentẽ libyam usq; ad orientales ęthiopes. hic quidẽ libyę romanis terminus. Asię autẽ euphrates fluui⁹ & caucasus mons maiorisq; armenię principium: & colchi ad euxinũ pontũ habitantes: residuaq; huius maris. In europa fluuij duo Rhenus & Hister potissimũ romanis fines imponunt: quorũ quidem rhenus ad borealem oceanũ. hister ad euxinũ pontũ influit. Progredientes ulterius nõnullis celtharum qui supra

rhenū habitant imperant nationibus: & ijs qui supra histrum quos dacos appellant. Fines terrarū q̄ diligētissime inquirenti propemodū hi uidebunt̄. Omnes autē insulę quęcunq; intra mare sitę sūt Cyclades uel Sporades uel Hyades uel Echinades uel Tyrrhenides uel Mesię uel quęcunq; alię alio nomine aliter dicunt̄ circa Libyam & Ioniam uel Aegyptū uel Myrtoum uel Siculum uel aliud cuiuscūq; nominis mare quę singulariter a gręcis magnę insulę dici solent Cypros: creta: rhodos: lesbos: euboia: sicilia: sardinia & cyrnos: uel alia quęcūq; minor maiorue uniuersę romanis parent. Borealem pręterea oceanum & Britannicam insulam penetrantes ingentiq; terra maiorem supra dimidiū potentioris soli in ea possidētes alterius non indigent cum nec utilis admodum nec ferax ipsis sit neq; quā tenent. Harū tantarū innumerarūq; nationū cū tanta sit magnitudo Italiam tamē magno labore: ac uix qngētis annis stabilem sibi reddidere cum medio interim tempore regibus usi p reliquū his expulsis nullos deinceps reges admittere iureiurando sancientes aristocraciam coluere politiam: & abinde imperijs utebant̄ anniuersarijs ducētis aut amplius ultra qngentos quos diximus annis quo tempore rerum principatū adepti exteram omnē oppressere potentiam uniuersas fere nationes sibi subigēdo. Caius autē Cęsar superatis romanis imperioq; suscepto & in potestatem redacto formā quidē politię nomenq; seruauit: re autē principē se cunctis pręstitit. Estq; in hanc usq; ętatē eadē sub uno potestas principe: quos neutiq; romani reges appellant uetus iusiurandum ut ego arbitror in primis ueriti imperatores eos dici maluere: quod priscorū ducum nomen fuit. Sunt autē re ipsa uere reges: a quibus ad ętatem usq; nostram anni fere ducenti elapsi sunt quo tēpore potissimū romana res floruit; progressusq; ad maiora uidet̄ adaugeri cunctis in pace cōstitutis amplissima sūmaq; fœlicitate ac nōnulla a prioribus nationibus ijdem impatores ī pricipatu

Daci

Insulę.

Maria.

Corsica dicit̄ Cyrnos.

Oceanus.

Britannia.

Italia.

Iusiurandum Ro.

Aristocratia. optima potestas.

C. Cęsar.

suscepere: deficientiaq; restituere integritate cōsilij terrę ma-
riq; dominantes: potiusq; augere dignitatem cupiebāt q̄ inter
barbaros propagare imperiū gentem inopem minimeq; uti-
litatis. Quorum ego nō nullos Romę uidi ob id missos quo se
suaq; romanis dederent: neq; imperatorē admittentem: quos
ut inutiles sponte recusabat. Plurimis etiam nationibus quarū
infinita pene est multitudo Romani reges statuunt nihil ijs ad
imperiū indigentes. E nō nullis preterea imperio parentibus
atq; suppositis plus detrimenti capiunt q̄ utilitatis. Quos licet
inutiles abijcere cū pudeat principatū omnem magnis copijs
magnisq; presidijs circūquaq; uallantes tantū terrę tantūq; ma
ris quasi fundū quendam seruant ac continent. Nullū quippe
in pręsentem diem tam paruo tempore in tantū creuit ac sur-
rexit imperium ne grecorū quidem. Q; si quis atheniensium
& lacedęmoniorum & thebanorum qui separatim imperarūt
a Darij regis expeditione qua maxime floruere usq; ad Philip
pum Amynte filium grecorum res gestas in unū colligat anni
plures uidebunt: in quibus contentionibus potius ac discidijs
inter se ad ambitionem certasse dicentur q̄ ob principatū aut
libertatē in posteros successuram bella gessisse. Quidam enim
ex ipsis in siciliam profecti ob alterius spem imperij ultro cor-
ruere. Vel si quis in asiam prouectus est minimū adeptus nō
multo post in patriam redijt. Grecorum quippe potentia etsi
maximis conflictata prelijs nūq̄ tamen ultra grgeciam firmiter
progressa est. Verū potentes duntaxat extitere se liberos ali-
quandiu & inuictos prestare. A Philippo quippe Amynte fi-
lio & Alexandro Philippi magno ī deterius eoꝝ res labi uisę:
preterq; dignitatē priscam decidisse. Asię quidē principatus si
quę ī europa gesta sunt uel minima consideres nullius ferme
momēti aut uirtutis habebitur ob ingenitā timiditatem imbe-
cillitatemq; populorū: quod & in sequentia scripta declarant.
Modicis quippe exercitibꝰ romani tot ī asia gentes populosq;

Contra grecos hic.

subegere quot in presenti adhuc obtinent. Macedonibus ipsis resistentibus atq; oppugnantibus plurima tamen circa libyam & europam confecta sunt. Congestę porro in Alexandrũ Philippi filium assyriorũ medorum: ac persarum uires trium maximarũ: potentissimarũq; nationũ neutiq; ad noningentos annos seruare potuere quanta nunc possident romani. Magnitudo nempe illorũ imperij nec ad dimidium huius ut existimo quiuit attingere. Coniector id autẽ cum romanorum ab occidente & hesperio oceano supra caucasum montem & euphratem fluuiũ & in ęthiopes superiores per ęgyptum: & arabes supra occidentalẽ rursus oceanũ protendatũ imperiũ & terminus illis sit idẽ oceanus incipientis & finientis diei: tum mari uniuerso: quod interius est: insulisq; ĩ eo imperẽt omnibus: Oceano pręterea britannico: ac medis & persis ubi plurimum maris uel pamphylius inest sin⁹ & unica cypros insula: uel qd aliud modicum Ionię in mari sinusq; persici. nempe quicquid huius est maris romani tenent. Quę autẽ Macedonũ ante Philippũ Amynte filiũ gesta referuntur ꝑmodica fuere cum non nullis & ipsi paruerint. Ipsi⁹ uero Philippi labore & erumnis nõ inficior referta esse omnia uerum circa gręciam & unicam duntaxat gesta prouinciã. Alexandri autẽ principatus magnitudine rerũ ingenti fœlicitate: celeritateq; gestarũ ꝑmaxime enituit. Sed cum in infinitum & nulli imitabilem gradum attigisset breuitate temporis fulguri corruscanti assimilis: & hinc inde discurrenti ĩ multos dominat⁹ plurimasq; partes effulsit. Nostris autẽ temporib⁹: & quidẽ solis copię ingentes adsunt peditum ducenta: ęquitum quadraginta millia: elephantorũ trecentorũ bellicosorum numerus: Curruũ pręterea ad pręlia instructorum duo millia: ac armorum in supplementum trecenta millia. Et hęc quidem terrestrib⁹ copijs. Maritimis uero minorũ nauiũ duo millia: triremiũ a sexcuplis ĩ qnqueremes mille quingentarum classis. Instrumentorũ quoq; naualium

Alexander magnus.

Magnitudo romani imperij.

Philippus.

Copię romanorum imperatorum. & terra & mari

thalomige

Aegyptiũ talentum.

Ptolemeus. diues

De romanis nota

Quomodo Appianus collegit Ro. hist.

numerus bis totidẽ. Ad hoc naues partim auro proras: partim puppes exornatę quas thalomigas appellant ad belli pompam quibus ijdem imperatores uehi consueuere octuaginta. Pecuniarum preterea in thesauris ęgyptiorũ talentoꝝ: quattuor & septuaginta millia. Tanti apparatus summam ac rei militaris ex regijs codicibus licet intueri ab ipsis ĩ unũ cumulatam: atq; relictam. Cęterũ secundus ab Alexandro ęgyptioꝝ rex qui & lucrari potentissimus regum fuit ac splendide impendere: & magnifice eleganterq; cõstruere cũ eius regnũ diuitijs & opulentia nulli cederet omnẽ circa sobolem eius exhausit discidẽtibus inuicem filijs: que res sũmos principatus inter se cõtendentes solet euertere. Romanorum autẽ magnitudo ac fœlicitas maturitate consilij diuturnitateq; temporis adaucte uirtute patientia ac tolerantia eos super cunctos extulere. Nõ enim in prosperis se euexere rebus quoad *stabilẽ uictoriã* sunt adepti: nec aduersis confracti animo cum aliquando militum uiginti millia una die: alia quadraginta: alia qnquaginta bello amiserint. Periclitante pene urbe cum aliquando fames cõtinua instaret aliquãdo pestis urgeret seditioq; eodem tempore uexaret urbem neq; tamen a magnitudine animi constantiaq; desiuere donec per septingẽtos afflicti annos periculis ac discidijs enecti ad hunc in quo nunc sunt uenere principatũ: fœlicitatẽ per salubria adepti consilia. Et hęc quidem multi grecorum: multi etiã romanorum perscripsere. Estq; Macedonię tũc qdẽ priorum magnę existentis multo maiorum confecta historia. Cęterum cupientem romanorum res gestas per uniuersũ con templari adduxit sępenumero hęc scriptura a carthagine ĩ hiberiam: ex hiberia in siciliam uel macedoniam per legatos aut auxilia ad exteros demissa iterumq; in carthaginem ac siciliam reduxit ueluti errabundum ac denuo ab his imperfectis se conuertit quousq; á me per partes est collecta. Quotiẽs romani in siciliam bella gessere aut emisere legatos aut quid aliud ęgere

in sicilia donec insulam in hunc in quo nunc est ornatum sta-
tuerunt. Quoties carthaginēsibus intulere bella: aut inducias
cum illis effecere: aut legatos ad illos demiserūt aut ab illis re-
cepere aut aliud ęgerūt aut passi sunt ab eis donec carthaginis
urbem euerterunt & nationē libycā reduxere ī potestatem &
denuo sibi ipsis erexere carthaginem libyā ut nunc est demū
statuētes. Hęc omnia a me p nationes sunt descripta. Cupiens
nempe romano℞ gesta apud omnes clara esse: quippe qui po-
pulorū imbecillitatē uel potentiā aut uictorū uirtutē fœlicita-
temue cognouerim aut si quid illustre contigit notū habeam
satis fisus & aliū quempiam eadē omnia scire cupere p natio-
nes quasq; suo ordine describo. Quę uero interim apud alios
illis euenere enarro singula & eorum gestis interpono. Tem-
pora autē in omnibus referre supuacaneum existimo: tum si
qua memoratu digna ex interuallo contigere uicissim refero:
& quę romanis fuere nomina. Olim quidē unū dūtaxat singu
lis ut cunctis mos est hominib9 erat nomē: deinde assumpsere
duo: nec multo post tertiū in uirtutis passionisue cognomen
imponi cœptū: & iuxta greco℞ morē ultra nomina cognomē
habitū: quod & ipse ānotaui: ac potissime ea quę ad cognitio-
nem pertinēt illustriū uirorū. Plura quoq; his & alijs similia:
quę eximia habent̄ subinde refero. Tribus autē libris existen-
tibus: in quibus omnia quę a romanis in italia gesta sunt con-
gerunt̄ eos omnes romanorū italicos puto appellādos. ue℞ ob
rerū magnitudinē in partes diuidendos. Primus autē quęcūq;
sub septē regibus acta sunt: queue ab illis cōtinet: quē roma-
norū regiū dicemus. Qui uero deinceps quę p reliquā italiam
separatim ab ijs quę p Ioniū sinū gesta sūt continet in prioris
cōparationē: romano℞ dicemus italicū. Vltimi Sannites erūt:
qui Ioniū incolūt & magno difficiliq; bello p annos octuagin-
ta conflictati sunt: & post hos quęcunq; gens illis finitima au-
xilio fuit: & greci omnes qui sub italia sunt colligūtur: quem

Nomina. Ro. singula prius

in priorũ comparationem romanorũ Sanniticũ dici uolumus.
Reliquiqꝫ iuxta ordinẽ inſcribent omnes: Romanoꝝ celticus:
Siculus: Hibericus: Hannibalis carthaginenſis: ac Macedoni-
cus: & deinceps pari modo unus aliũ ex ordine ſequet quem-
admodum bellum ex bello naſci contigit quouſqꝫ poſt multa
tandem finis huic genti dabit. Quęcunqꝫ autẽ romani inter ſe
diſcidentes aut ciuilibus bellis cõtendentes ęgere: quę omniũ
formidoloſiora illis extitere per ſeditionũ duces acta deſcribe-
mus. partim per Marium atqꝫ Syllam. partim per Pompeiũ &
Cęſarem. alia per Antoniũ & Cęſarem alterũ cognomine au-
guſtum ĩ percuſſores primi Cęſaris. alia per Antoniũ & Au-
guſtũ inter ſe diſcidentes atqꝫ bellantes quoad poſtremũ per-
acto ciuili bello ęgyptus quoqꝫ ad romanorum acceſſit princi-
patum. Hęc igitur per libros ſingula populorum ducumqꝫ ci-
uilia bella partimur. Poſtremo exercitus eorũ & copias quas
habuere aut prouent⁹ quos ex ſingulis carpunt nationibus aut
ualidioribus pręſidijs abſumũt: & quęcũqꝫ alia huiuſmodi co-
gnitione digna. Aequũ eſt autẽ de uirtutib⁹ eorũ differentem
ab hoc genere capere initiũ. Qui uero iſta ꝑſcripſerim multi
nouere: & ipſe apertius dicere propoſui Appian⁹ Alexandri-
nus prius quidẽ in patria degens mox romę ſub imperatorib⁹
forenſes ꝓfeſſus cauſas quoad me ipſis inſeruire dignũ putãt.
Sin & reliqua ſcire appetis etiam de his a me conſcriptũ eſt.

Finit procemium. P.Candidus tranſtulit.

## Appiani Alexandrini sophistę Romanorum liber incipit qui Libycus inscribitur.



Arthaginem in libya Phœnices condidere annis qnquaginta ante Ilij captiuitatem. Conditores fuere Xorus & Carchedon. Sicut autē romani & ipsi carthaginenses existimant Dido mulier e Tyro profecta cuius uirum cum Pigmalion urbis tyrannus clam interemisset somnio monita collectis ijs quibus Pigmalionis seuicia inuisa fuerat: pecunijsq; in unū congestis in libyam enauigauit & eo loci ubi nūc carthago sita est cōsedit. Expellentib⁹ deinde eos incolis tantū soli deprecati sunt: in quod se cōferrent quantū taurino corio circūdare possent. Ea ex causa primū risus inter phœnices ortus rei exilitate demū qui huiusmodi foret astus scire cupientes potissimū cū ambigerēt quemadmodū ciuitas tam angusto spacio includi posset cōcessuros se iureiurādo firmauere. Hi coriū p minuta secātes circūposuere loco ubi nūc carthaginis arx residet: quę ob id Byrsa appellata est. Procedente mox tēpore hincinde pfecti cū finitimis lōge pmptiores haberēt deducta classe: & mare queādmodū reliqui phœnices enauigātes urbē extra Byrsam cōdidere. Demū subacta libya magnā maris tenuere partē. Vlterius bella mouētes siciliā sardiniā ceterasq; insulas quę mari illo cōtinent occuparūt: & in hiberiā usq; emisere colonos. Ab huiusmodi igitur initio principatū assūpserūt grecis quidē potētia nō imparem: opulentia persaꝝ regno cōparādū. Septingētis deinde ex quo urbem cōdidere elapsis ānis romani siciliā illis abstulere: deinde sardiniā. Secūdo autē punico bello hiberiā omnē. Magnis igit copijs ad inuicē cōgressi pœni duce Hānibale Italiā omnē depopulati sunt ānis fere sedecim. Romani ecōtra Cornelio Scipione maiore imperāte carthaginē usq; cępere omnia: naues

Xorus.
Carchedon.
Dido.
Pigmalion.
Carthago.
Byrsa.

preterea & elephantos ac tributũ pendere ad temp⁹ coegerũt. Secunde deinde inducie inter romanos & carthaginẽses facte per qnquaginta ãnos permansere donec solutis his tertium & ultimũ incepere bellum: in quo Scipione minore duce carthago a romanis euersa est: & preter spem demũ restituta priore tamẽ angustiorem effecere ueluti opportunũ in libya locum. Que autem in Sicilia gesta sunt satis apparet eo in libro quem de siculis rebus scripsim⁹. que in hiberia ĩ eo quẽ de hibericis: & quecunq Hannibal in italiam profectus egisse dicitur in eo quem de Hãnibale. que uero in libya acta referunt hic a principio collegimus. Incepere autẽ romani iuxta Siculũ hoc stati bellum & nauibus qnquaginta supra trecẽtas in libyam delati plerasq urbes sibi subegerunt. Ad hec imperatorem Atilium regulum statuere: a quo urbes fere ducente in ditionẽ redacte sunt: que carthaginensiũ odio ad eum defecerunt: & regionẽ preteruectus depopulatus est. Carthaginẽses econtra ducem a lacedemonijs postularunt satis arbitrati ob ducũ imperitiam minus prospere pugnatũ esse. Hi Xantippũ carthaginẽ misere. Atilius ea tẽpestate circa paludẽ castra habebat: estatisq temporibus paludem circumibat in hostes deducturus armorũ grauitate siti & angore difficulter agmen agẽs: & ex editis ac preruptis locis in plana descenderat. Cũ uespera appropinquasset fluuio inhibente statim copias traducere curauit quo Xantippum aduentu suo terreret. At ille instructa acie prope ipsas urbis portas eduxit exercitum satis fisus hostes calore ac tedio cõfectos facile deleri posse: & noctẽ ad uictoriã plurimũ conferre: nec spe sua frustratus est. nã ex triginta militũ millibus quos ductabat Atilius uix pauci arma sumpsere: reliqui omnes partim cesi partim capti: & cũ ijs Atilius imperator & consul captiuus ductus: Quem nõ multo post ꝑpessi carthaginenses cũ legatis suis romã misere inducias ĩpetraturꝰ: aut carthaginẽ denuo cum illis reditturũ. Atilius autẽ siue difficultate

Hucusq oĩa Libye bella cõplexus est.

Vide quemadmodũ distinguit historias loco suo.

Atilius regulus.

Bellũ punicũ primũ.

Xantippus

Naues 350

Urbes cc. [illegible] deditae

Strages Ro. sub Atilio et eius [illegible]

rerũ dubius: siue dissimulãs bellũ a romanis sequendũ psuasit. Ita carthaginem reuersus cauea clauis circũuallata inclusus extinguit̃. Hęc fœlicitas Xantippo calamitatis initiũ attulit. Quippe ueriti carthaginenses ne lacedęmonij tanti facinoris gloriam sibi asciscerent publice illũ multis affecere donis: ac triremi impositũ denuo ad suos reuerti suaserunt. nautis uero clam edixere ut illum internauigandũ mari obruerẽt. Ita rerũ prospere gestarũ pœnas haud merito luit Xantippus. Et hęc quidem primo punico bello romanis uel aduersa uel lęta contigere quousq; carthaginenses siciliam illis cõcessere. Quemadmodũ id contigerit eo libro dictũ est: quem de siculis rebus scripsimus. Post hęc inter romanos & carthaginẽses pax iuicẽ secuta. Libyci deinde quicunq; carthaginensiũ impio parebãt aut pro illis in sicilia bellum gesserant: Celthę quoq; mercede conducti stipendio se fraudari conquerentes acriter i eos bella uerterunt. Carthaginenses ea tempestate romanos i auxilium uocauere ueluti socios ex fœdere cõiũctos. At romani iure hospicij duntaxat illis astricti bellũ ab Italia expulerãt. Sic enim fœdera inter utrosq; inita testari uidebãt̃. Misere tamẽ legatos romani qui pacem illis conciliarent: quibus libyci parere recusantes urbes illis si uellent polliciti sunt. Abnuentibus autem romanis carthagĩẽses magna classe in eos delati nauigationẽ maris omnẽ abstulerũt. Destitutis itaq; urbibus reꝝ inopia ut in bello fit uniuersam libyam reduxere ĩ potestatem. Peracto bello negociatores mari nauigantes aggressi depredabant̃. Romanos uero si quos intercepissent mari obruebãt: clam scelus cõtegentes: quod aliquãdiu latuit. Veꝝ cognita re cũ romani pœnas ab ijs exigerent: idq; differrent: bellũ in eos decreuere ea ex causa coacti sunt: & sardiniam insulam illis dedere. Sic enim priori ex fœdere pręscriptũ erat. Nõ multo post carthaginenses in hiberia mouere bellũ & prouinciã ꝑ partes subigere cœpere quousq; Saguntinis ad romanos confugientibus

Mors Atilij.

Poenorum proditio

Mors Xantippi.

Finis punici belli primi.

Quę inter bellum primũ punicũ & secundum inciderunt.

Saguntini.

Bellũ punicũ secundũ

p. Cornelius
Cn. Cornelius
fres
Scipio. p. Scip. filius

Fabius maximus.

Hius exercitus Scipionis

terminus illis i hiberia statutus ne hiberũ ptransiret amnem. Hęc tamen fœdera a carthaginensibus neglecta cum fluuium duce Hannibale transissent transgressus Hãnibal nõnullis in hiberia relictis ipse cum reliquis copijs in italiã descendit. Imperatores romanoꝝ in hiberia. P. Cornelius: &. Cn. Cornelius Scipio ambo fratres splẽdida rei militaris opera edidere. Verũ cũ uterq; bello concidisset: milites qui cũ illis erãt: fede capti & uenũdati sunt quoad Scipio. P. Scipionis illius filius qui in hiberia perierat nauibus aduectus quasi spiritu quodã diuino comitante uictoriã assecutus est: urbemq; ob has res dignitate & gloria illustrẽ reddidit. Ipse deposito magistratu: & ijs qui ad eum ex urbe uenerant cõcesso romã profectus dignus iterũ uisus est qui in libyam mitteret Hannibalem pulsurus italia: ac carthaginensibus domi bellum illaturus. Huic ex primoribus nõnulli aduersabant. Quidam non oportere dicentes. prius q̃ Italia a pœnis liberet Hannibale uastante omnia: & Magone i lateribus eius ligures celthasq; ducente in libyã transire: nec exteris inferre bellũ ante q̃ a suis cladẽ expulissent. Alij autẽ Carthaginenses nil domi ueritos cõtinue i italia mansuros. sin bellũ carthagini inferret Hãnibalẽ reuocaturos esse. Tandem ex sententia uisum est Scipionẽ in libyam mittere: nec tamen illi exercitum decernendum esse ex italia Hannibale gerente bellũ. Euntem uero si quos aliunde inueniret ꝓ libito accipe & ijs qui in sicilia adhuc erãt in bello uti posse. Triremes pręterea decem ut pararet ad belli usum & supplemẽtum pro ijs capere & quę in sicilia uicissim forẽt addere iusserũt. pecunias tamẽ ꝓ ijs nequaq̃ prębuere nisi si quę Scipioni ab amicis collatę sunt. Adeo negligenter huic bello ab initio romani addidere animũ: quod omniũ maximũ & gloriosissimũ paulopost illis futurũ erat. Scipio igit carthaginensibus iam pridẽ infensus septem millibus equitũ peditumq; i unũ collectis in siciliã enauigauit tyrones electissimos tercẽtos circũ se ducens: qbus

sine armis insequi iussum erat. Siculorum preterea totidem ex opulentioribus/ equis armisq; ornatissimos ad statutam diem adesse iussit. Cum accessissent an aliquē pro se quisq; militare mallet interrogauit. Annuētibus cunctis tercentos illos armis exutos in medium acciuit: eosq; siculorū armis equisq; ornari iussit. Eo modo tyrones tercenti ex italia siculorū loco ad bellū instructissimi Scipioni astitere alijs gratias agentibus/ quibus ad omnia utiliter ī bello usus est. Carthaginēses his perceptis Hasdrubalē Gisgonis filiū ad conducendos elephantos demisere. Magoni uero finitimorū aduenarumq; pedites sex mille: equites octingentos & elephantos septem tradiderūt: eiq; iniunxere q̄ maximis posset copijs in Etruriam descendere quo Scipionē a libya auerteret. Mago Hannibali copias adiungere festinans ob loci distantiam differre cogebat. Cęterū rei euentū intentus expectabat. *Hasdrubal ab elephantis reuersus* carthaginensium & libycorum circiter pedites sex mille pari numero aduehebat. Equites pręterea octingentos. His seruorum quos ad naualem usum comparauerat quinq; millia adiunxerat: ex numidis equites duo mille: exterosq; mercede cōductos quos exercitando per ducenta stadia ab urbe aberat. Numidarum ī libya reges pleriq; referuntur: quorū e numero Siphax omniū primus summo in honore a cunctis habebatur. E messuliorum autem genere illustri regis filius Massinissa carthagine innutritus: & eruditus fuerat. Huic cū & pulchritudine corporis & morū elegantia polleret longe Hasdrubal Gisgonis filius nulli carthaginēsium nobilitate inferior filiam suam uxorem dederat q̄q̄ ille numida ipse carthaginensis esset. Cū autem generum eum assumpsisset statim iuuenem in hiberiam ducem ad bellum misit. Siphax ob amorem ęelo cōmotus in carthaginensium agros impetum facit: Scipioniq; ex hiberia aduentanti & pœnis bellum inferre statuenti una cōuenit.

Hasdrubal

Mago

Massinisę historia a Liuio discrepans.

Siphax

Masinissa

Hęc cum intellexissent carthaginenses haud parui existimantes Siphacem romanis ad bellum cōspirare uirginem Siphaci dare decernunt Hasdrubale & Massinisa in hiberia existentibus ac huius rei prorsus ignaris. Demū percepta re indignatus Massinisa cū Scipione in hiberia fœdus inijt clam Hasdrubale ut arbitrabat̃. At ille intellectis omnibus q̃q̃ huiusmodi cōtumeliam filię: genero pariter infringi grauissime ferret tamen e rei p. utilitate uisū est Massinisam e medio tollere. Huic igit̃ ex hiberia ĩ libyam redeunti equites quidam pręmissi quibus occulte imperatū erat ut insidijs circūuentum eum occiderent ille fraude percepta in fugam uersus: domū redijt: patriumq; regnū sibi uendicauit. Post hęc equites plurimos in unū collegit. His opus duntaxat erat hastis instructi die noctuq; rapiendo aggredi deinde retrocedere mox ad rapinam denuo prodire: nec alio pugnandi genere q̃ fugiendo & insequendo uti. Sunt enim hi pręceteris numidarum inedię patientes: & plerunq; herbis pro pane uescuntur: nec aliud omnino q̃ aquam bibunt. Equi pręterea eorū neq; hordea gustant uer gramine assidue pascunt̃: famescuntq; q̃ plurimū. Hos Massinisa ad uiginti millia in unū collectos ad rapinas prędamq; aliarū emittebat nationum quemadmodum opus illi uidebatur. Carthaginenses ac Siphax huiusmodi multitudinem in se parari existimantes non enim qua iniuria illū affecissent ignorabāt primū ipsi bellum inferre statuunt: mox cum illum subegissent romanos aggredi nam copiarum multitudine longe pręstabāt uerū magno curruum impedimentorūq; pondere & apparatu exercitum ducebant. Massinisa econtra assiduo labore suos exercebat: nec alio q̃ equitatu utebat̃ nullos currus nulla impedimenta ac ne cōmeatū quidē secum ducens ex quo facile insequebat̃: fugiebatq; & in abdita queq; ac munita sese retrahebat. Non nunq̃ diuisis copijs loca p quę facillime elaberetur

Consuetudo Numidarum.

Massinisę astutia.

eligebat: ubi cum paucis delitescens quoad sui ad se redirent expectabat diem noctemq; in unū ducens. Per triduū quippe in spelunca hostes circūsidentes latuit nec quo loci in exercitu stabularet sciri poterat sed delitescēs cōtinue ducebat agmen. Qua ex causa nullo in loco iusta acie secum cōgredi hostes poterant: ceterum irruentem assidue expectabāt. Prelia preterea ab illo p singulos dies agitabant ut nocte locū caperet uillā aut oppidum occuparet. quibus interceptis uniuersa rapiebat tradebatq; sequentibus. Quāobrē multi numidarū nullo stipendio uel ingenti mercede pellecti ad illū cōfluebāt eoq; modo cum carthaginensibus bellū gerebat. Scipio rebus in sicilia feliciter gestis sacris Ioui ac Neptuno rite peractis in lybiā enauigauit longarum nauiū duas supra quinquaginta: onerariarū uero quatercentas secū agens: celoces insuper ac lembi q̄ plures classem sequebātur. Ad hoc exercitū ducebat peditum sex milliū ac sexcentorum. Armorum preterea & instrumēti bellici ingentē copiā cōmeatū abunde eoq; apparatu cursum dirigebat. His intellectis carthaginenses ac Siphax cū Massinisa rem dissimulandam censent amicitiāq; illi ultro offerendā quoad Scipionē bello superassent. Massinisa haud ignarus se ab his decipi: uicissimq; insidias illis struens uniuersa Scipioni per suos nūciat. nec longo apud Vticam interuallo intra se castrametati Hasdrubal Siphax & Massinisa quo ī loco Scipio quoq; a uētis delatus exercitū habebat haud multum deinde ab eo Hasdrubal castra locarat peditū uiginti millia: equitū septem ī armis agens: elephantos p̄terea centū supra q̄draginta. Siphax igit' siue formidaret siue utrisq; parū fideret regnū suū a finitimis barbaris uastari questus dissimulato negocio ī patriam redijt. Scipio non nullos ex suis Hasdrubalem aggressuros premisit. quedā enim ciuitatū illi adheserāt. Massinisa clam noctu ī Scipionis castra delatus ducemq; cōplexus monet in sequenti die ad locū triginta stadijs ab Vtica distantē in quo turris quedam

Scipionis classes ī libyam ductas

Hasdrubalis exercitus

Turris ab agathocle e[illegible]

Agathocles.

ab Agathocle Syracuſanorũ tyranno erecta fuerat qnq; millia ex ſuis in inſidijs ponere. Ipſe orta luce Haſdrubali perſuadet Hannonẽ equitũ pręfectũ ad explorandos hoſtes mittere & in uticenſes una curſum facere ne hoſtiũ ꝓpinquitate tumultus ĩ urbe fieret: ſeq; uiciſſim iturũ ſi iubeat pollicet̃. Hanno mille carthagineſiũ equites electos ac lybicorũ plurimos ſecũ duxit. Maſſiniſa numidas duntaxat ex ſuis habebat. Cũ turri appropinquaſſent & Hanno uerſus Vticã iter faceret pauci ex inſidijs prodiere. At Maſſiniſa carthaginenſiũ equitibus ſuadere cœpit ut illos aggrederẽt̃ utpote numero impares: & ipſe ſubinde ferebat̃ ueluti auxiliũ allaturus. Cum in mediũ libycorũ perueniſſet pluriũ inſidię patefactę ſunt: & pugna hinc inde inter romanos & Maſſiniſam fieri cœpta. In ea ad tercẽti capti. Maſſiniſa his peractis Hannoni ueluti amicus feſtine obuians illũ cepit: & ad Scipionẽ ſecum in caſtra perduxit: eoq; modo matrẽ eius ab Haſdrubale recepit. Scipio interim ac Maſſiniſa regionẽ depopulati quoſcũq; romanoꝝ operi dãnatos in agris inuenere priſtinę reddere libertati. Hos Hannibal ex hiberia & ſicilia: plures etiã ex italia miſerat. Obſidentib⁹ autẽ romanis urbem magnã cui Loces erat nomẽ: & multa grauius perpeſſis locenſes cum ſcalas muro appoſitas uiderent ꝑ pręconẽ annũciant urbẽ ſe illis ultro conceſſuros eſſe. Qua ex re Scipio ſtatim milites a ꝑcone iuſſit reuocari. Illi parere recuſantes ac urbẽ ꝑ tegulas ingreſſi mulieres ęque ac pueros omnes necauere. Hac re indignatus Scipio ciues omnes q̃ cladi ſupfuerant libere abire iuſſit: militibus uero prędã ademit. Ex principibus autẽ factionis cũ eos ĩ medium ſortitus eſſet tres duntaxat mali auctores ſupplicio affecit. Haſdrubal cũ haud lõge caſtra haberet Magonẽ equitũ pręfectũ a frõte ꝑmittit: ipſe poſtremus cũ ſuis ſequebat̃. Cũ ĩ medio ſtetiſſent romani opus inter ſe partiti in ſingulos eoꝝ conuerſi ad qnq; libycoꝝ millia occidere mille & octingẽtis captiuis ductis reliquos ſaxis obruere.

Insidię.

Hãno dolo cepit

Attende hiſtoriã.

Loces urbs

Scipio post hęc ad uticam mari terraq; oppugnādam cōuersus qnqueremibus duabus ī unū cōnexis turres desuper imposuit ex quibus tercubitorū iacula ingentisq; ponderis saxa ī hostes emittebat. Cū multis eos cladibus affligeret: nec secus ab illis pateretᷓ plurimis iuuenū saucijs educto ingenti aggere arietibusq; adhibitis mœnia pulsare cœperat: tegmenta & quęcūq; alia ꝓtectionis instrumēta falcib⁹ auertēs. At illi ꝓfosso aggere falces laqueis distinebant arietes quoq; ab opere tardabant. Trabes pręterea e nauib⁹ ereptas ī mediū iacientes cū uentus flare cœpisset igne adhibito machinis ipsis adigebāt ita ut Scipioni desperatio quędā oriretᷓ obsidēdę urbis. Siphax intellectis ijs quę acta fuerāt cum exercitu uenit: nec longe ab Hasdrubale castra locauit utrisq; se amicum esse simulans. Cęterū pugnā ex industria trahebat: quoad cęterę naues ad carthaginenses profecturę uenissent: ac celtarū ligurūq; plurimi mercede conducti. Inter hęc de pace agitare cœpit iustum esse inquiens nec romanos libyę: nec carthaginēses italię inferre bellū: Romanos siciliā sardiniā cęterasq; insulas quas habuissent tenere: hiberiam quoq; possidere. Si quis fefellisset obseruātibus se fœdera auxilio futurū esse. Hęc agitās clam Massinisam ad se reducere tentabat messuliorum regnum hac conditione se illi confirmaturū spondet. Ex tribus pręterea sororibus suis coniugem illi daturū quā eligeret. Afferebat & nuncius aurū cui hęc cōmittebantᷓ ut si min⁹ illi suaderet ex seruis quempiā mercede corrūperet qui Massinisam polliceretᷓ occidere. Itaq; cum illi persuadere non posset cuidam ex suis aurum tradidit necis pręmiū. Ille parere simulās rem omnē regi aperit & qui dedisset insinuat. Siphax nō ultra differendū ratus palam carthaginensibus fauere cœpit: urbemq; in mediterraneis sitam: in qua bellici apparatus: frumēti magna uis a romanis cōgesta fuerat ꝑ proditionē capit: interfectis ijs qui urbē tuebantᷓ: ac sub spe fœderū abire recusantibus. Auxilia deinde numidarū

Vticę oppugnatio.

Siphacis simulatio.

Messulij

Consiliū in romanos.

multo maiora acersit & iam mercenarij milites aduenerāt: naues quoq; egregie instructę una ferebantur. Cū pugnam inire decreuisset Siphax eos qui uticam obsidebāt aggredi instituit. Hasdrubal Scipionis exercitū īuadere. naues autē nauib9 una cōgredi: & hęc ī sequenti die simul agere ne romani numero inferiores pugnā sustinere possent. Instante nocte Massinisa a quibusdam edoctus Scipionem rei certum facit. Ille ueritus ne exercitus ī tot partes diuisus ad cętera debilior fieret duces nocte in tabernaculum conuocat. Ambigentib9 his aliquādiu

Scipionis oratio.

cūctatus audacia inquit & celeritate nobis ac belli fiducia opus est amici/aggredientes pręueniamus hostes: quęcūq; in exercitu sunt nostra faciemus. Quę dicam igit̄ aduertite. nihil illos ęque perturbare potest q̄ subitus cōgressus noster ac totius rei inopina cogitatio ꝙ a tam paucis plures īuadant̄. nos exercitu in partes diuiso haud quaq̄ poterimus uti sed in unū collecto: neq; omnibus cum hostibus censeo conserendum sed cum ijs quos primos elegerimus. Castra separatim unusquisq; eorum habet: ad quoꝝ partes ęque potentes sumus: audacia & felicitate pręstamus. Sin deus ex primis uictoriam dederit reliquos cōtemnemus. Quib9 autē primis insurgendū sit quodue belli tempus futurū si placet exponam. Annuentibus cūctis temp9 inquit ab hoc consilio statim capiendū reor dū nox est & bellū formidolosius & eorū imparata sunt omnia: nec quisq̄ sociorum in tenebris auxilium afferre potest. Eo modo consilia hostium licet pręuenire cū ī sequenti nocte nos aggredi statuāt. Ex tribus quippe eorum exercitibus primū naues a longe distant quarū in nocte nulla utilitas. Hasdrubal & Siphax castra inter se prope posuere. Ex ijs Hasdrubal belli caput. Siphax noctis tēpore prelīū inire uerebit̄ utpote uir barbarus delicijs septus & pauore. Copię omnes ī Hasdrubalem uertendę sūt. Massinisam insidias Siphaci struere utilissimū existimo. Erit enim inopinus illi exercit9 aduentus. pedites ad Hasdrubalis

castra locabimus. Sic undiq; assistētes aggrediemur hostes bona spe audaciaq; confisi: qbus i presenti potissimū nobis opus est. Eqtes (nā ipsis nihil i nocte necesse est) longius emittā ut hostiū agmē circūueniāt: ac si forte ab his pelleremur nos sustineāt & ad amicos salui tutiq; redeamus. Sin uicerimus fugientes psequāt: cōprehēdātq;. Hec fatus duces emisit q exercitū i armis poneret. Ipse audacie & pauori pactis sacris neminē nocte quiescere i castris iubet sed exercitū i prōptu cū opus sit habere. Tertia tandē uigilia sensim tuba signū dare imperat iugi silentio ingētes agens copias quoad equites hostiū castra circūdedere: pediteſq; ad aggerē applicuerūt. Tū uero ingenti sublato clamore tube strepitu ac machinis multifariam excussis custodias e uallo deturbant: castra disiectis ppugnaculis inuadūt: nō nulli audaciores concito cursu tabernacula incendunt. Libyci e somno exciti prosiliūt: armisq; propere assumptis in ordines confusi redeunt: nec que pcipiebant p strepitū satis audire poterant nō ipso duce admodū discernēte tumultus causam. His inuecti romani partim arma capiētes partim trepidantes intercipiūt tabernaculis pluribus incensis eos qui aduersum steterāt occidūt. Nam hostium clamor aspectus & opera formidolosiora cuncta faciebat cum nocte & ignorantia rerum circūuentum putarent exercitū: & ignem tabernaculis iniectum formidātes inuicem corruerent campos quasi tutiora quo se referrent petentes loca. Hos equites romanorū qui a lateribus extabāt inuadētes cōtrucidāt. Siphax noctis clamore percepto flammis undiq; accensis tabernaculo se continuit. Eqtes uero nō nullos Hasdrubali auxilio misit. Quos aggressus Massinissa plerosq; feda cede disiecit. Illucescente die Siphax pcepta Hasdrubalis fuga exercitū partim cōcisum: partim ab hostibus detentū: partim fugientem cōspicatus: castra a romanis occupata impedimenta omnia dirrepta esse derelictis omnibus ad interiora libye fuga penetrauit ratus Scipionē

Attende sacra.

Gloriosa uictoria.

a carthaginensium insecutione redeuntē q̄ primū in se copias moturū. Qua ex re tabernaculū eius ceteraq; impedimenta a Massinissa dirrepta sūt. Eo modo romani audacia pfuncti permodica noctis parte consumpta duobus exercitibus longe suis ampliotibus potiti sunt. Ex romanis circiter centum interfecti dicunt. Ex hostibus paulo minus q̄ triginta millia desiderata: captiui ad duo mille & quadringēti abacti. Ex equitib9 sexcēti cum Scipioni e pugna redeunti occurrissent sese illi ultro dedidere. elephanti partim interfecti partim uulnerati sūt. Scipio cum arma argentum auꝝ plures elephantos & equites alios ac numidas cepisset & unica pugna illustris clarusq; euasisset carthaginēsiū cuncta despiciens premia militibus reddidit prede & spoliorū quodcūq; eximiū sibi uidebatur romam misit. Interim milites continuo labore exercebat Hannibalem ex italia Hannonem uero ex liguria ī dies uenturos operiens. Cum in hoc statu esset Scipio Hasdrubal carthaginēsium dux cū equitibus fere quingentis e pugna noctis elapsus & saucius in Andriā confugerat. Ibi nō nullos ex ijs qui mercede conducti erāt a pugna fugiētes ac numidas repperit. Seruos igit ad libertatē cōuocare cœpit certior factus carthaginēses ob res minus prospere gestas eū morti cōdemnasse: Hannonemq; Bomolcharis filiū qui copias eorum regeret ducem instituisse. Is quippe sceleratis omnibus assumptis adhibitis cōmeatibus cunctos ad bellum instruebat ad tria millia equitū: peditum octo millia secū habens ī sola dūtaxat pugna spem posuerat. Hoc agitans diutius romanos ac carthaginēses distinebat. Scipio exercitum armis insignem ad ipsa carthaginis mœnia adducit: & carthaginenses in bellū prouocare cœpit. Cū nemo prodiret Amilchar classis imperator centū nauibus propere aduectus in Scipionis classem recta ducebat ratus uenientem inopine preuenire: nec difficulter centum nauibus uiginti romanorū triremes superari posse. Scipio hostili classe conspecta non nullos

Hasdrubalis fuga.

Amilchar classis imperator.

ex suis ad portũ misit: ab his onerarias naues anchoris p interualla dispositas ĩ ordinem poni iubet ut ex illis triremes ueluti ex portis emissę cum tempus exigeret ĩ hostes deduci possent. Naues pręterea antennis ad inuicem annexas composuit: quę uice muri cęteras tuerent. Eo opere perfecto minus trepidare cœpit. Insurgentes itaq; carthaginẽses partim e nauib⁹ partim e terra: nõ nulli e mœnibus ab ipsis nauibus uulnerabãt. Tandem prelio defessę circa uesperam cum discessissent romanoꝝ naues alia ex parte per interualla maiorum penetrantes in eos ferebantur: & si pellerentur facile ad suos redibant. Vnam igit̃ e carthaginensiũ nauibus uiris uacuam cepere: eamq; ad Scipionem adduxerũt. Post hęc cum omnes in hiberna concessissent romanis quidẽ ob maris propinquitatẽ cõmeatus abunde aderat. Vticenses uero ac carthaginenses fame premebantur. Qua ex causa latrociniis undiq; maria infestabãt quoad alię romanorũ naues ad Scipionẽ uenere: eosq; liberius uagari prohibuere. Iam fames in dies acrius urgere cœperat cũ Massinissa haud longe a Siphace in hibernis constitutus tertiã copiarũ partẽ quas Scipio ductabat ad exercitũ sibi adiungi postulat. His sumptis duce Lelio Siphacem inuadit. Ille in fugã uersus prohibente fluuio pugnam inire cogitur. Numidę (ut eorum mos est) in unũ conglobati repentino cursu in romanos ferũt. Romani oppositis clypeis eoꝝ impetũ sustinuere. Siphax cõspecto Massinisa ira concitus in eum fertur: cui lęte Massinisa obuiat. Dum igit̃ singulari certamine diutius inter se dimicãt Siphacis milites terga uertentes ad alterã fluminis ripam traiecere. Hic dum quispiam Siphacis equũ propulisset regem insidentem humi deiicit: eoq; modo accurrente Massinisa captus est Siphax & cum eo alter ex filiis: quos statim ad Scipionem deduci iussit. Cecidere ea pugna ex Siphacis exercitu decem millia: romanorum uero quinq; duntaxat & septuaginta: ex Massinisę militibus circiter tercenti desiderati sunt. Siphax

Stratagema Scipionis.




Duellum Siphacis & Massinisę.

Capitur Siphax.

Citta urbs Siphacis.
Sophonisba Siphacis uxor

Scipionis uerba ad Siphacem.

Responsio Siphacis. Sophonisba Siphacis coniux Hasdrubalis filia.

ipse cũ tribus millibus captus. In his Massilij duo millia & qn-genti fuere qui ad Siphacem a Massinisa confugerant. Hos cũ Massinisa a Lelio impetrasset ad unum interfecit. Post hęc in massijlios & Siphacis regionẽ signa uertere partim ut Massinisam ĩ regno restituerent/ partim ut dissimulantes ac dubios ad fidem reuocarent. Aduenere interim ex Citta legati regnũ Siphacis pollicentes. nõ nulli pręterea amicorũ a Sophonisba Siphacis cõiuge ad Massinisam delati priuatim cõnubij necessitatem referebãt. Hanc Massinisa lęto animo suscepit. deinde ad Scipionẽ reuersus cum ĩ Citta reliquisset anxius rei finem expectabat. Tum Scipionem ita Siphacen allocutum ferunt. Quę infelicitas te amicũ nobis & pro romanis in libya ferentem arma adeo lęsit: ut nõ deos solum iureiurando sed romanos ipsos falleres & pro carthaginensibus in romanos bellum gereres qui pro te cõtra eosdem auxilia tulere? At ille Sophonisba inquit Hasdrubalis filia: quã depereo patrię amicissima & quę uult facile suadere potens hęc nos a mutua amicitia ad patrię amorẽ cõpulit: & ĩ hanc quã cernis miseriã ex illa felicitate deiecit. Te autẽ oportet & quę a me & Sophonisba acta sunt omittere: stabilemq; nobis amicum esse. Custodi Sophonisbam/ ne Massinisa ad ea quę cupit eam cõpellat. Nõ enim cõuenit ne si hanc uxorẽ duxerit quę romanorũ sunt aliquãdo sperare audeat. sic enim ciuitatis suę uehemẽs amatrix ẽ. Hęc fatus seu uere seu amore saucius Massinisam certe maximis affecit cladibus. Scipio cũ Siphacis prudentiã facile pspiceret: eumq; regionis gnarum & expertũ sciret inter domesticos recepit: nec secus ac Creso lydio Cyrus amico usus est cõsilij & secretorũ participem esse uoluit. Accedẽte demũ Lelio & quę de Sophonisba ferebantur audisse dictitante Scipionis edicto Massinisa Sophonisbam reddere cõpellit. Escandescente rege & quę prius acta erant cum illa repetente turbatius a Scipione responsum est: Nihil spoliorũ romani populi ab illo per uim

capi posse in medium afferret si quid deinde uellet suadendo postularet ea ex causa cũ quibusdam romanorũ egressus quasi mulierem illis traditurus clam uenenũ primus obtulit sortem pręsentẽ referans admonebat enim uel uenenũ sumpturã esse uel romanorꝝ seruitutem sponte subituram. nec plura locutus equũ calcaribus abigit. Illa nutrici calicem ostentans: & palam professa nihil queri de mortis genere quo egregie uitã obitura esset uenenũ intrepido uultu hausit. Eius corpus Massinissa romanis qui una aderant ostendi iussit. Ipse iussis persolutis regio more ad Scipionẽ redijt. Scipio uirtute eius collaudata suasionibus adhibitis ꝙ iniquam mulierẽ a se abegisset coronatum: ac plurimis donis exornatũ in regnũ demisit. Siphace romam deducto nõ nulli saluti suę consulẽtes populi romani amicum ac propugnatorem ĩ hiberia fuisse fatebant᷑. nõ nulli supplicio dignũ aiebant ꝙ socijs & amicis bellum intulisset. Hos inter rumores Siphax mœrore cõfectus interijt. Hasdrubal ex quo milites armorum patientes & expertos reddidit ad Hannonẽ carthaginẽsium ducem quosdam ex suis mittit qui illũ belli socium & participem accirent. Admonebat pręterea plures ex hiberis cũ Scipione ĩ castris esse qui auro & pollicitationibus facile adduci possent ut ignẽ castris inijcerẽt. addidit & se una iturũ cũ tempus scisset. Hęc Hasdrubal. Et Hanno astutia in illum usus rem confici posse nõ desperat. Cęterũ hominẽ probatę fidei cum auro uelut transfugam in Scipionis castra mittendũ qui facilẽ ad quosqꝫ congressũ habeat: plures in sententiã trahere possit: statutaqꝫ illis die ad suos reuertat᷑: diem uero Hasdrubali Hanno annũciet. Inter hęc Scipioni sacra facienti periculũ incendij clare ostẽdebatur: quãobrem exercitũ omnẽ scrutari iubet: & sicubi liberior ignis fieret extingui: ac deinceps ꝑ plures dies ĩmolanti cum eadem signa apparuissent dubitare cœpit: & exercitũ inde mouere instituit. Interim equitis romani seruus intellecta re se scriturũ quicqd

Mors Sophonisbę.

Mors Siphacis.

Simulatio.

Mirũ de sacris.

esset pollicetur: demumq; ad herum reuersus cuncta ex ordine edisserit. Ille ad Scipionē seruū mittit: eoq; modo uniuersa multitudo facinoris cōscia intercepta est & iussu Scipionis necata cadauera e castris abiecta. Hannoni cum propius exercitū haberet rumor subito delatus est: Itaq; a congressu se cōtinuit. Hasdrubal uero rei ignarus cū suis uenit. Cęterum cadauerū multitudine perspecta satis quid esset arbitratus abscessit. Hanno capta occasione ī exercitu palam rettulit Hasdrubalem Scipioni se dedentem ad eum accessisse: Scipionem autē nō admisisse: quorū causa multo magis a carthaginensibus odio haberi cœpit. Eadē tēpestate Amilchar romanorum naues inopine aggressus triremem unam & onerarias sex inde capit. Hanno altera ex parte ijs qui circa uticam castra habebant propere inuectus fœde pellitur. Scipio cum nihil proficeret soluta obsidione machinas omnes ad Hipponā transtulit. Cumq; huiusmodi instrumētis nihil ulterius indigere uideretur combustis omnibus regionem depopulatus est: nō nullis in amicitiā admissis: quibusdam prędę suppositis. Carthaginenses desperatis rebus Hannibalem belli ducē statuerūt. Nauium uero prędectū cū classe demisere qui eum ī libyam propere acciret. Interim ad Scipionē legatos mittunt pacem postulantes. Sperabant enim ex duobus alterū consequi posse ut uel pacem impetrarent: uel quoad rediret Hannibal tēpus consultando tererent. Scipio inducijs duntaxat illis cōcessis refecta exercitus impēsa carthaginensiū legatos romā misit. Hi legationis officio fungētes extra mœnia ut hostiū mos est persistebāt. Cum ad senatum accessissent ueniam suppliciter deprecati sunt. Senatorum igitur pleriq; carthaginensiū perfidiam coram referebāt: quod totiens fœdera inita uiolasent. Porro quot clades Hannibal intulisset populo romano romanorumq; socijs ī hiberia & italia una recensebant. Alij pacis cōmoda pensitanda esse: cuius utilitas nō carthaginensibus magis quam ipsis cōspicua esset

Hippona urbs.

Hannibal fit dux

Mos legatorum hostium

Italia ab hostibus uastata: futuros etiã metus ante oculos ponebant Hãnibale magnos exercitus ex italia ĩ Scipionẽ deducente: Magone ex libya: Hãnone uero ex carthagine ciente bellũ. Quibus ex rebus cum addubitaret senatus legatos Scipioni in aphricam misit: cũ quibus quid facto opus esset mature cõsulere & iudicare posset. Scipio carthaginenses ad pacem adhortatus in hęc conuenisse dicitur: Magonem q̃ primũ a liguribꝰ classem abducere: Carthaginẽses nullos deinceps exteros mercede conducere: nauesq; nõ ultra triginta longas tenere posse: nec ulterius quicq̃ bello conari pręter ea quę intra phœnicum fossam possiderent: Restituere romanis captiuos eorũq; transfugas: Argẽti pręterea mille & septingẽta talenta statuto illis tẽpore pendere debere. Massinisam massylios: & quęcũq; ex Siphacis regno occupet possidere. Hęc inter utrosq; firmata fœdera: legatiq; utrinq; missi: hi quidem romam ut ea apud consules sancirẽt: alij a roma carthaginem profecti: qui a carthaginensibus ꝓmissa firmari poscerent. Massinisę romani societatis & fidei monumenta huiusmodi contulere. Coronam auri ensemq; ex auro pariter cęlatum. currum ex ebore & purpuram stolamq; romanam: equũ pręterea phaleris ornatũ aureis & arma quibus in bello uteret̃. Dum hęc ita gerunt̃ Hannibal q̃q̃ inuitus & dolens ad carthaginenses proficiscitur infidelitatem populi erga principes rerũq; celeritatẽ nimiã accusans. Diffisus igitur inducias fieri posse uel si factę essent permansuras esse Adrumetũ libyę urbem proficiscitur: frumentoq; in unũ collecto plurimos ad cõparãdos equos misit. Numidarum pręterea principem Areacidem nomine in amicitiã pepulit quattuor equitũ millibus transfugarũ qui ad eum uenerãt & sub Siphace olim militantes Massinisę adhęserant ex suspitione interẽptis: quoꝝ equos cęteris ĩ exercitu partitꝰ est. Venit ad eũ & Mesopylus ex primoribus item equitibꝰ mille

Dubitatio cõsultatiõis.

Pacis fœdera.

Dona Massinisę collata.

Aduẽtus Hannibalis in libyam.

Adrumentum

Areacide

Mesopylus

Filius Siphacis quem Liuius Verminam dicit.

Narcen

comitatus: & Vernas alter ex Siphacis filijs plurimum adhuc paterni regni obtinēs. Ex Massinisę quippe urbibus quasdam suasione pellexerat: nō nullas metu adduxerat: & tunc apud Narcem castra habebat: & cōmeatibus usus tanq̄ socia fruebat urbe. Cum insidias inferre decreuisset plerosq; ī urbem misit clam enses ueste tegētes quibus imperatū erat ut ciuibus parcerent quoad tuba signū traderetur: Tunc uero mœnia custodientes aggredi & portas sibi uendicare. Per hūc modū Narcen capta est. Carthaginēsium interim plebei priusq̄ fœdera inirentur persuasi Tunc Scipione adhuc presente cum legati eorum romę morarentur Scipionis cōmeatum carthaginem delatum ui uentorum rapuere uectoribus ī uincula coniectis. Aduersante autē senatu eorum & ne fœdera prius inita uiolarēt suadente ut inique ab illis facta questi sunt: famemq; ob huiusmodi moras inualescere. Scipio per inducias bellum illis inferre haud dignum ratus pœnas ab ijs qui fœdus uiolassent exigebat. Illi econtra legatos romanoꝝ quoad sui carthaginem redeāt detinere instituūt. Cęterū hos Hanno magnus & Hasdrubal heriphus e populi manibus ereptos duab⁹ emisere triremibus. Alij igitur Hasdrubalē classis prefectum hortari cœpere ut circa Apollinis montem preteruectus cum triremes applicuissent legatos īuaderet quod ab illo factum est. Qua ex re nō nulli legatorū sagittis interfecti: reliqui saucij ad Scipionis classem peruenerunt: ibi nauibus assumptis insequentes hostes effugerunt. Quę cum romę nunciata essent carthaginēsiū legatos qui pro pace ad urbem uenerāt ueluti hostes excedere iussere. Hi uentorum ui ad Scipionis castra delati capiuntur. Cū autē nauiū prefectus Scipionē interrogaret quid de ipsis fieri oporteret nihil psimile carthaginēsibus inquit: sed liberos ire iube. Hec cum carthaginensium senatus audisset plebeios uehemētius increpare cœpit: Consilioq; inito Scipionē

Seditio.

Apollinis mons

Ius legatorum uiolatum.

Attende Scipionis magnanimitatē.

placandū statuit ut fœdera seruaret: pœnas ab ijs qui facinoris rei essent sumeret. Illi senatui aduersantes ob inique acta q̄si nihil utile ab eo perspectum esset a seditiosis quibusdam irritati querebātur & in uanas spes elati Hannibalem cū ijs quas haberet copijs acersendum prędicabāt. Ille belli magnitudinē inspiciēs Hasdrubalē cū exercitu uocādū suadebat. Hasdrubal igitur pœna liberatus Hannibali se imperatori facile cōcessit: neq; tamen palam a carthaginensibus uideri ausus in urbe latitabat. Scipio ad carthaginem deducta classe ciues denuo a maris cōmeatibus inhibere cœpit nō multum etiā mediterraneis abundantes copijs destituta ob bellum incultaq; tellure. Iisdem ferme diebus equestris pugna inter Scipionem & Hannibalē commissa est. In ea Scipio longe superior. In sequētibus porro diebus concertationes & pręlia inter utrosq; habita. Cęterum cum Scipio Hannibalem uehementi inedia premi: & cōmeatum naui aduentantem operiri cognouisset nocte Thermum tribunū in eos qui ueherent emittit. Thermus igitur tumultū quēdam angustis tramitibus adeptus ad tria millia libycorum occidit: commeatumq; ad Scipionem detulit. Hannibali itaq; ad extremam inopiam delato: & quemadmodū pręsentē sortem perferre posset meditanti tandem ad Massinissam legatos mittere uisum est: qui illum precarentur cōtubernij & eruditionis pristinę cum carthaginensibus monerent: orarentq; ut Scipionem ad ineunda denuo fœdera hortaretur. Quę enim a plebeis p prius gesta essent stultissimi cuiusq; temeritate processisse. Massinissa igitur urbis dignitatē: in qua altus eruditus fuerat haud paruifaciens: multorum pręterea in ea amicissim⁹ Scipionē ad huiusmodi fœdera induxisse dicit̄. Reddere carthaginēses naues uirosq; omnes: quos romanorum commeatum ferentes intercepissent: quę ue ab illis ui abstulissent aut

Thermus tribunus.

Hannibalis [illegible]

Fœdera.

damni precium quemadmodũ Scipio illis imperet exoluere. Commissorum pręterea mulctã mille talenta carthaginenses pendere debere. Hęc foedera inter utrosq; icta inducięq; instituteę quoad hęc omnia carthaginẽ nunciata essent. Et eo quidẽ modo salutem adeptus uidebatur Hannibal. Carthaginẽsium porro senatus hęc ipsa libentissime cõplexus plebeios ad seruanda foedera hortat⁹ est pręsentẽ in omnibus diritatem temporum recensens exercitus pecuniarum rei frumentarię inopiam cõmemorabat. At illi populari ritu in suspitionem elati duces eorũ priuatę utilitati consulentes hęc omnia cũ romanis inisse criminabantur ut illorum potentia fręti urbem sibiipsis subderent: Quodq; Hãnibal nũc faciat paulo ante Hasdrubalẽ fecisse: qui per noctem exercitum hostibus prodere tentasset: nec multo post seipsũ Scipioni dedere: & hęc agitantẽ in urbe latitare: ob hęc rumore & tumultu subito exorto pleriq; relicto cõcilio Hasdrubalẽ hinc inde inqrere coepere: at ille anticipato periculo ad sepulchrũ patris profect⁹ seipsum ueneno cõfecit. Illi extracto cadauere ceruice abscissa caput pilo infixũ per uniuersam circũtulere urbem. Sic Hasdrubal prius quidẽ inique criminatus: deinde ab Hãnone mendacio reiectus tandem a carthaginensibus in hunc modum extinctus est: defunctus quoq; calumnijs agitatus. Post hęc carthaginẽses ad Hannibalẽ misere ut inducias solueret: bellum cum Scipione q̃ celerrime iniret: famẽ quippe in dies magis ingrauescere. Quod cũ ille egisset Scipio ad Partham urbem inclytam cũ exercitu uenit: captaq; urbe castra ab Hãnibale haud lõge metatus est. Hannibal educto exercitu tres ex suis ad explorãda romanorũ castra demittit. Hos Scipio ad se deductos nequaq̃ occidi ꝑmisit ut ĩ talibus mos est: ueꝝ ꝑ exercitũ omnẽ apparatusq; bellicos ac machinas circũduci & exercitãtes copias inspicere mandauit: deinde liberatos ad Hannibalẽ reuerti: & quę uidissent

Attende populũ.

Mors Hasdrubalis.

Partha urbs.

Notabile.

ex ordine referre. Ea clementia cõmotus Hannibal haud indi-
gnũ ratus est cũ Scipione iterũ uerba facere. Cũ in colloquiũ
uenissent Carthaginẽses ob pecunias duntaxat ipsis impositas
fœdera fregisse ait: quã ob rem si hę excludãt a romanis Sici-
liam uero hiberiã ac reliquas insulas quibus imperãt retinere
uelint pacem perpetuo mansurã esse. Tum Scipio non parum
utilitatis inquit ex italię fuga consecutus es Hannibal si hęc a
Scipione impetras: prohibuitq; ulterius quenq̃ ad se mittere.
Non nulla igitur inter se cõminati ad exercitus quisq; suos re-
diere. Erat ciuitas haud lõge ab his nomine Cilla. huic proxi-
mus collis statuẽdis castris idoneus: quẽ cũ Hannibal occupa-
re uellet nõ nullos p̃misit: qui locũ castris metarent. Ipse sub-
lato exercitu processit q̃si collẽ recepturus. Pręueniente autẽ
Scipione ĩ medijs destitutus est aruis sine aquatiõe perpetem
noctem in effodiendis puteis absumẽs. Cũ milites iugi labore
suffossis arenis modicum quid aquę turbatioris haurirent sine
cibarijs neglecti & inculti: multi quoq; ĩ armis peruigiles ste-
tissent. Quibus intellectis Scipio die lucescente exercitũ in eos
emisit ex itinere / uigilia sitiq; confectos. Hoc loco Hannibalẽ
cõtristatũ ferunt cum pugnã detractaret: diuq; cogitasse quid
potissimũ esset acturus. Si enim persisteret fore uidebat ut in
arida regione destitutus siti cõficeret: Sin fugeret animos ho-
stium alacriores redderet. Tandẽ multa uersanti ob pręsentẽ
sortem necessarium uisum est q̃ primũ bello decernere: ac sta-
tim ad q̃nquaginta millia militũ in aciem eduxit: elephantos
uero octuaginta quos in hũc modũ instruxisse dicitur. Primũ
quidẽ elephantos in fronte per interualla disposuit: quę for-
midolosiora uiderent anteponens oculis. Sub ijs tertiũ totius
exercitus agmen collocatum celthę scilicet ac ligures: quibus
sagittarij inuicẽ admixti suberant. Funditores pręterea Mau-
rusij & Gymnasij. Post hos secũda stabat acies. In hac carthagi-
nenses & libyci inerant. Vltimi uero quicũq; italia excedentẽ

Colloquiũ Scipionis & Hannibalis.

Cilla ciuitas.

Hannibalis exercitus.

Elephantus instructio

Gymnasij

Scipionis exercitus.

.Dacamas regulus.

Lælius
Octauius

Exhortationes imperatorum.

secuti fuerant: in quibus potissimũ spem posuerat: equites in cornibus locati sunt. Hoc modo acies ab Hannibale instituta. Scipioni uero ad tria supra uiginti millia militũ fuere. Italorũ & romanorũ equites mille & qngenti. Aderat auxilio Massinisa plurimo numidarũ septus equitatu: & Dacamas alter ex regulis equites sexcentos agens. Pedites igit̃ uniuersos quemadmodũ Hannibal in tres distinxit ordines. Cohortes omnes rectas iussit cõmorari ut liberius ꝑ eas equitatus sine impedimento decurreret. Singulis autẽ cohortibus propugnatores in fronte constituit: qui sudes bicubitas maxime densas: plures etiam ferro munitas e peltbis in elephãtos manu iacerẽt. His cęterisq; peditibus edictum fuerat ut elephantorũ declinarent impetum: cursuq; hinc inde citato bestias telis agitarẽt. Demũ propinquiores effecti si possent earum neruos ferro cęderent. In hunc modum peditatus a Scipione distributus est. Equites uero & in primis numidas cornibus pręsidere uoluit elephãtorum faciem: atq; impetum perferre solitos. Italos econtra ob insuetudinem in extremam transtulit aciem ut cum elephantorum uim primi propulissent ipsi per acierum interualla facile trãsire possent. Singulis autem equitibus minister additus qui tela plura deferret: elephantos cum opus esset ab incursu auerteret. Eo modo equitatus ab illo dispositꝰ est: dextrũ cornu Lęlio: sinistrum Octauio regendũ dedit. Ipse inter medios cõstitit. Pari modo locatus est Hannibal. Vterq; ex eoꝝ gloria multis hinc inde stipatus militibus: qbus cũ maxime laborandum esset in bello uterẽt̃. Hos ad quattuor millia Hannibal: duo millia duntaxat Scipio ducebat tercẽtis additis italis: quos in sicilia secũ agens armis equisq; instruxerat. Cũ in promptu essent omnia duces eqs discurrẽtes suos uicissim ad bellũ hortabãt̃. Scipio deos in conspectũ militũ inuocãs carthaginensiũ perfidię testes asserebat: qui fœdera totiẽs inita uiolassent: nõ magnifaciendam esse hostium multitudinẽ: Cęterũ uirtutem

existimandã:ob quã multo plures in eadẽ prouincia uicissent. Q si uictoribus ad belli euentum timor aut ignauia: aut trepidatio ulla insit/ quãto magis uictis ipsis ex necessitate inesse existiment. Ad hunc modum Scipio suos allocutus posthabito pauore ad bellũ incitabat. Hannibal altera ex parte quę in italia a suis gesta essent memorabat q̃ multa & p̄clara egissent nec cum numidis uerum cum italis omnibus & ĩ ipsa italia: paucitatem preterea hostium illis ostendebat: hortabaturq; ne deteriores paucioribus ipsi multo plures in p̄pria tellure existerent. Discrimẽ deniq; instantis belli unusquisq; suis recensebat. Hannibal nõ carthaginẽ modo sed libyam omnem ex huiusmodi pugna pendere aiebat: & an serui futuri essent: an eorũ principatum quę cepissent retenturi. Scipio ne uictis quidem fugam tuto patere: uictorib⁹ gloriam: sũmũ imperiũ: pręsentium laborũ requiẽ: reditũ deniq; ad suos polliceri. Sic quisq; suos adhortatus ad pręliũ accessit. Prior Hannibal signũ dare tuba imperat. Cui a Scipione uicissim reclamatũ est. Congredientibus ipsis primi elephanti terribili apparatu insidentiũ stimulis agitati pugnam incepere. Ad hos equis accurrentes numidę turmatim eos uulnerabant quousq; saucij ac fugiẽtes: nec satis assessorũ imperio parentes e pugna discessere. Et hęc quidẽ circa elephantos ad cornua exercitus gesta. At in media acie romanorũ pedites locati fœde proterebant̃. Quippe cum pugnę haud satis gnari timidioresq; p̄terea armis onusti neq; fugere neq; insequi facile poterant. His Scipio equites italos a tergo instantes ac leuius armatos prelio adiũgit: eosq; ex equis metu territis descẽdere hastisq; elephantos passim discurrentes insectari iussit. Ipse inter cęteros primus equo descẽdit: elephãtũq; irruentẽ hasta trãsuerberat. Qua ex re excitati reliqui in elephãtos celeri cursu ferũt̃: uulneratosq; ab ĩpetu auertũt. Vacuefacta igit̃ elephantis acie pugna uirorum equorumq; fieri cœpta. Dextrũ romanorũ cornu cui Lelius pręerat Numidas

Initur̃ pugna.

Lelius.

Massathen regulus.

Octauius.

aduersos pellere cœpit. Nam Massinisa unũ ex regulis Massathen nomine humi strauerat. Cęterũ accurrente Hannibale pugna ex integro restituta est. Sinistrũ uero romanorũ cornu quod Octauius regebat celthę ac ligures uehementi⁹ urgebãt. His propere Scipio Thermũ tribunũ cũ electioribus auxilio mittit. Hannibal ĩ leuum ligures: ac cęlthas adequitare iubet secundam carthaginensium ac libycorũ aciem inferens romanis. Videns igitur illum Scipio cum alijs copijs accurrit. Duobus igitur clarissimis ducibus in pugnã prodeuntibus contentio inter omnes splendida timorq; uersabatur. nihil promptitudinis ab ullo omissum est. uehementi prȩlio labore ac uociferatione cũcta strepebant. Cum longa & incerta pugna esset milites imperatorum sortem miserati inuicem armis cõcurrũt eo modo celerius prȩlium cõfici posse sperantes. Infestis etiã hastis inter se cõcurrere duces. Id aduertens Massinisa, romani porto ducem militari more certantem cõspicati uehementius in pugnam ruunt: perturbatosq; hostes insequi cœperũt. Hi neq; adequitante Hannibale atq; rogãte ut fugã sisterent: pugnã denuo ingrederẽť exorari potuere. Itaq; destitutis ipsis italos: qui cũ eo uenerant: stabilemq; adhuc aciem seruabant in pugnam excitat ratus romanos sparsim ac sine ordine suos insequentes facile turbari posse. At illi ducis astutia perspecta dato signo celerrime se inuicẽ ab insecutione reuocant: iterũq; ad prȩlium redeunt: quibus cũ hastę equiq; deficerent ensibus inter se cõplexi bellũ gerũt. Hic uero ingentẽ cędem: ĩmensa uulnera cernere erat: cadentiũ gemitus: interficiẽtiũ mine exaudiebãť donec itali hostes ĩ fugã uertũt fugiẽtesq; insequũť. Tum belli sententia illustris uisa. Hannibal cũ e fuga pręceps numidarũ equites q̃ plurimos adhuc stantes uideret indignũ ratus eos derelinquere conuersis accurrit habenis: iterumq; in persequentes adhortať sperans utile quippiam eo in prȩlio se facturum. Primis igitur massylijs inuectus prȩlium renouat.

Et hęc unica Massinisę & Hannibalis pugna fuit cũ uterq; cõsisteret. Promptis ergo animis inuicẽ congressi depugnabant. Massinissa equo prolapsus hostẽ pedes aggredit᷑: accurrentẽq; sibi ante alios equitem obtruncat. Deinde tela ab elephantis te derelicta suscipiens infixaq; diuellens ĩ hostem detorquebat: uerũ dum frustra innititur equitẽ propius stantem confodit. Postremo telũ educere conatus brachio traijcit᷑. Post modicũ itaq; pugna excedere cõpellit᷑. Scipio intellecta re ut Massinisę instanti periculo cõsuleret auxilio accurrit. Interim Massinissam alterius equo insidentem & in pręlium redeuntem cernit uulnus palam ostentantẽ. Erat belli discrimen iterũ inter utrosq; par ipsis duces uerentib⁹ quousq; Hannibal hiberos & celthas tumulo quodã consistentes cursu ad eos delatus auocat ueluti in pugnã deducturus: tum uero cęteri pręlio intenti cũ causam ignorarent, motũ ducis fugam arbitrati e pręlio discedunt: nulloq; ordine palantes effundunt᷑: nec qua Hannibalẽ euntem conspexere: uerũ ut casus quenq; impulit fugã capessunt: eoq; modo exercitus omnis dissipatus est. Romani deuictis hostibus temere effusi insequi cœperũt: nec ipsi admodũ quę ab Hannibale gesta erant discernentes. At ille hiberis & celthis denuo comitatus aderat. Qua ex re Scipio iterũ suos ab insecutiõe reuocari admonet: longeq; plures q̃ quos ductabat Hannibal e tumulo rediens ĩ aciem statuit ita ut eorũ impetũ facile pferre posset. Hannibal hac ultima frustratus spe postq̃ omnia a se ĩ cassũ attentari uidit desperatis rebus nõ iam clanculũ sed aperte fugam arripit: quẽ plurimi romanorũ equitũ subinde conspicati ꝓpere insequũt᷑. Verꝫ ante alios Massinissa q̃q̃ uulneris dolore prępeditus cõtinuo propius urgebat equo haud paruifaciẽs Hannibalẽ Scipioni captiuũ ducere. Cęterũ beneficio noctis ereptus cũ uiginti duntaxat equitib⁹ qui eius cursũ sequi potuere ad urbẽ puenit cui Thunex ẽ nomẽ. Hic bretiorũ & hiberoꝝ equites q̃ plures e pugna aufugisse uidet.

Massinissa uulneratur

Victoria de Hannibale.

Massinisę probitas.

Thunex urbs.

Bretij

Veritus igit hiberos utpote barbaros nō minus bretios suspectos habuit gentē italam Scipioni amicā arbitratus facile ob ea que in italia egissent ueniam ab illo petituros esse. ob id unico comitatus equite cui maxime fidebat Adrumetū urbē maritimam accessit duabus noctibus totidemq; diebus ad tria millia stadia emensus. In ea exercitus sui partē quā ad cōmeatus curā destituerat inuenit. Premissis itaq; nō nullis ad finitima loca quoscūq; e bello fugiētes reuocabat: arma machinasq; preparabat. At Scipio tam insigni uictoria elatus quecūq; ex preda minus utilia uisa sunt igne cremauit: cetera ut romanis ducibus mos est asseruari iubet. Ex his decē auri talenta: argenti uero duo millia & quingenta: elephantūq; eximie ornatū: ac captiuorū quoscunq; clarissimos romam misit. Ad hec Leliū uictorie nuncium cum classe ire iussit. Reliqua inter milites ut cuiusq; uirtus mereri uisa distributa sunt. Massinisa aurea corona donatus est. Ipse urbes omnes circūuectus in potestatem redegit. Et hic finis Hannibalis & Scipionis in libya belli fuit: in quo inuicem tum primū collatis uiribus dimicatum est. Romanorū duo millia & qngēti ea pugna cecidere: Ex Massinise militib⁹ multo plures. Hostiū uero qnq; & uiginti millia cesa tradūt: captiui octo mille & quingenti abacti. Preterea hiberi qui ad Scipionē trāsfugerant treceti: Numide uero q ad Massinisam octingenti. Ignorantibus adhuc carthaginensibus: romanisq; belli euentū Carthaginenses Magonem: qui celthas deduceret in italiam descendere. sin minus id queat cum ipsis in libyā adnauigare iubent. Interceptis autē litteris & romam missis nouū denuo exercitū: equites: naues: pecuniāq; romani Scipioni decernūt. Scipio Octauiū terrestri itinere carthaginē pmittit. Ipse subinde naui b⁹ aduētabat. At carthaginēses cognita Hannibalis clade legatos Scipioni cum naui destinant Hannonem cognomine magnū: & Hasdrubalē Heriphū. Hi tubicinē in prora nauis statuentes porrectis manibus supplicū

Adrumetum.

Vtilis uictoria.

Quot periere ī bello

Attende litteras.

Carthaginenses legatos ad Scipionē mittunt.

more deprecabantur : quos Scipio in exercitum uenire iussit. Ipse editiori solio locat⁹ que dicturi essent expectabat. Legati ꝓfusis lachrymis humi se prosternūt. Hos minister assurgere monitos que uellent effari imperat. Tūc Hasdrubal Heriph⁹ in hunc modum locutus est. Mihi quidem fas est o romani & Hannoni ipsi reliquisq; carthaginēsibus quicūq; nō insipiētes sunt purgare crimina que nobis obijciunt. Legatos uestros in quos ciuitas nostra haud spōte deliquerat fame compulsa tutati fuimus: eosq; ad uos saluos misimus. Aequū est autē non omnibus succensere carthaginensibus ijs qui pacem prius petiere: cupideq; susceptam firmauere sacramēto. Sunt autē populi ad deteriora procliues: & quicqd multitudini gratius est locum obtinet: quod & nos passi sumus: neq; suadere potētes neq; continere ob illos qui nos criminabātur: omnēq; fiduciā a nobis auferebant. Neq; nostra suasione aut consilio hec ipsa iudicetis o romani: uer. si fidere cunctantibus peccatū ducitis famē ac necessitatē eorū que ob hec passi sum⁹ cogitate quorū nullū opus uoluntariū nobis fuit. Modo quidem pacem exorare: pecunias tot impēdere: naues longas preter paucas omnes dimittere: plurimū quoq; imperij uobis sinere: & hec omnia firmare sacramento. Iusiurandū interea romam mittentes cum legati nostri apud uos adhuc essent sponte deliquisse creditis. Verꝫ potius deorū quempiam uobis inimicū fuisse putandū est ac tempestatē que uestros cōmeatus carthaginē detulit ex quo tēpestati fames uos eripuit non bene super ijs qui omniū indigi sunt iudicantes. Nō enim a multitudine incomposita: atq; infelici ratio exigēda est. Sin uobis & hoc modo errasse uidemur non infelices extitisse id quoq; fatemur: & ob id ueniā a uobis depcamur. Est qdē īnocentiū iustificatio ꝓpria : deliquētiū uero depcatio cēsenda: ī qua felicissimorꝫ misericordia eo facilior esse debet quo hūana cōtēplātes ob subitos casus eos depcari uident: quos paulo ad nocendū potētes cōspexere.

Lictor.

Legatorū oratio.

Hanc orationē pretermisit Liuius.

Populi ad malum procliues.

Multitudo incomposita.

Attende infelicem urbem.

Qualis carthaginensium ciuitas olim fuerat: que cunctarũ in libya potẽtia superior nauibus pecunijs atq; elephantis abundabat: equestribus copijs pedestribusq; florebat: pluribus nationibus p septingentos annos imperauerat: totius libye aliarumq; gentium insularũ preterea marisq; domina nõnunq̃ de imperio uobiscũ contenderat: nũc omnibus destituta neminẽ sibi obsequentem habet: non equitẽ: non peditem: nõ nauim non elephantũ: quorum omniũ salutis spem nobis ademistis Sed & ĩ uobis sunt qui mala pertulerũt: ad que opus est o romani indignationẽq; fortune in uobis oseruantes mediocriter prosperitate uestra uti: magnanimitatisq; uestre nequaq̃ obliuisci: & aliquãdo carthaginensium infelicitati condigna facere rerũ mutationes sine inuidia in nostris disponentes cladibus ut apud deum irreprehẽsibilia uestra sint erga homines laude & cõmendatione digna. Non enim ut deficiant carthaginẽses a uobis metuendum est: qui tantũ poenitentie tantũq; poene ob preteritorum tulere perfidiam. Est profecto sapientib⁹ innocentie custodia salubre consiliũ: deliquentibus uero poenitentia atq; poena. Cõstantioresq; eos esse necesse est qui castigatione affecti sunt q̃ qui nihil mali pertulerunt. Neq; dignũ est o romani que carthaginensibus obijci a uobis solent pfidiã crudelitatemq; ea uos imitari. Infelicibus quippe aliorũ delicta exempla sunt oburgẽtes clades. Felicibus autẽ in potestate clemẽtia est. Nec uero utilius aut gloriosius imperio uestro futurũ est tantam urbem delere potius q̃ seruare. Eritis enim in utilitatibus uestris meliores uobis iudices. Nos autẽ uobis: & ad salutem uestram hec duo magis efferem⁹ dignitatẽ scilicet principatus nostri: & uestram erga nos moderationem q̃ si armis tantũ imperij tantũq; potẽtie essetis assecuti. Quibus autẽ conditionibus pacẽ obtuleritis ijs utemur. Superuacuũ est illis ulterius loqui: qui se suaq; arbitrio uestro pmisere. Hec effatus Heriphus fletũ edidit. Scipio illis excedere iussis primores

Salubre consilium.

conuocat. cum his diutius consilio immoratus tandem legatos acciri iubet: quibus in hũc modũ locutus est. Ne minima quidem uenia digni estis o carthaginenses qui totiẽs fœdera inita uiolastis: & hęc ultima ĩ legatos adeo aperte adeo inique seuientes corrupistis ut neq; negare neq; cõtradicere fas sit/qn extremo supplicio digni sitis. Quid manifesta accusare op⁹ est? Ad preces confugite qui ne romanoꝝ quidem nomen liquissetis si uictoriã fuissetis adepti. Sed neq; nos similia uobis egimus ex quo legatos uestros romę cõmorãtes fœdera pro uobis sancientes cũ nostros uiolauissetis ciuitas nostra liberos ire iussit. Ego uestros in castra delatos ad me instante adhuc bello illesos remisi. Necesse est igitur ut errores aliquãdo cognoscatis uestros & quodcunq; uobis reliquerimus id omne in lucro deputetis esse. Dicam igitur quę mihi uidebuntur. Senatus uero sanciet si putauerit. *Dabimus iterum uobis pacem o carthaginenses si naues longas decem* duntaxat exceptis romanis tradideritis: si elephantos quos habetis & cętera prius ꝑ uos sublata restitueritis uel eorũ preciũ me iudice si qua incerta erunt ꝑsoluetis. Captiuos pręterea omnes ac transfugas & quoscũq; ex italia eduxit Hannibal tradideritis: & hęc intra trigesimam diem ex quo pacẽ susceperitis a uobis fieri poscimus. Intra sexagesimam uero Magonẽ liguria excedere: pręsidiaq; uestra ex urbib⁹ educere: quę extra phœnicũ fossam sitę sũt: obsides uniuersos reddere: quotannis etiam talenta euboica ducenta ĩ annos quinquaginta romanis pẽdere: neq; celthas aut ligures stipendio conducere ulterius: neq; Massinisę alijs ue romanoꝝ socijs inferre bellum: aut carthaginẽsium quempiã ad id mittere. Ciuitatem liberam habere: & regionẽ omnem quę intra phœnicum fossam continetur. Me autẽ nauigante in libyam romanorũ socios & cõfœderatos terra mariq; habere si senatui populoq; romano uisum fuerit. Quibus approbatis romanorũ exercitum intra dies centum e libya educemus: inducias quas

Responsio Scipionis.

Pacis conciliationes a Scipione oblatę.

uolueritis impendemus. Sin legatos romam mittere uobis placet pueros obsides centumqnquaginta mihi dabitis quos ipse elegerim. Ad hęc exercitus impensam talenta alia mille persoluetis: cõmeatumq; cõferetis. Elapsis inducijs obsides suscipietis uestros. Hęc a Scipione prolata legati ad carthaginenses deferunt. Multitudine itaq; in unũ collecta per plures dies & quid agendũ foret cõsultante potioribus quidem quę a romanis proponebant̃ suscipienda esse ne his diffidentes omnia in discrimen ponerent uidebatur. Plebei econtra nõ tam ꝑiculũ imminens q̃ eorũ quę ipsis auferrentur copiam ęstimãtes discidere cœperunt. Palam etiam queri frumẽtum quod in fame pnecessarium ciuibus esset a primoribus per inducias tradi hostibus. Deniq; in unũ collecti eorum domos igne succensuros spoliaturosq; minitabant̃. Tandem placuit Hannibalẽ qui pedites quinq; mille: equites sexcentos in unũ collegerat: & in urbe Marthama castra habebat ĩ cõciliũ uocari. Cum accessisset ac pleriq; moderatiores uereri cœpissent ne uir bello deditus multitudinem ultro in illos cõcitaret: ille pudice admodũ pacem suscipiendam exhortatus est. At multitudo ira concita in illũ proclamare: omnibusq; minitari cœpit: Sic ut plurimi ex notis desperata urbe partim ad Massinisam partim ĩ romanorum castra confugerent. Carthaginenses plurimũ frumenti in foro cumulatum ab Hannibale intelligentes

Attende populũ.

Marthama urbs.

Defectus unius folij: in quo tumult⁹ populi contineri uidebat̃. Deinde romanorum consultatio de rebus carthaginensiũ ut patet ex fragmento orationis insequentis.

Oratio cui & principium deest & nomen auctoris. Suadet autē romanis Scipioni obsequendū & carthaginensibus pacem concedendam.

Pacem autē nō admittere turpe & inuidiosum est. quę Scipio
optime callēs ut apparet eius sententiā ad nos misisse existimo
ut cōsultandi morā uel cunctantibus adimeret. Aequū est illū
multo melius hęc ipsa ītelligere pręsentem operi atq; intuen-
tem. Cuius suasiones si contemni a nobis senserit non medio-
cri dolore eum afficiemus patrię amatorem imperatorēq; pre-
cipuū: qui nos in libyam ire dubitantes cōsilio suo impulit ex-
ercitum a seipso confirmauit & ad ea quę nunꝗ sperauissemus
euexit. Quod profecto admiratiōe dignum arbitror nos qui a
principio huius belli desides negligentesq; fuimus nunc adeo
superbe adeo intemperāter in hostes ferri. Qꝫ si quis hęc bene
fieri existimat ac fœdera denuo a carthaginēsibus uiolari me-
tuit nūc uel in primis ab illis obseruatum iri certo sciat qui ob
pręteritorū inconstantiā tot mala perpessi sunt: pietatemq; in
futurū obseruaturos magis: qui ab impietate corruerunt. Nec
ꝓfecto eiusdē consilij esse existimo modo quidē carthaginen-
ses ut impotentes spernere deinde ne deficere iterū possint ex
pauescere. Custodire autē eos ne in maius extollantur facilius
esse arbitror ꝗ delere. Nunc quidē ex desperatiōe pugnaturos
reor: quos subinde cū timore seruare oporteat. Satis illis ma-
lorum etiam sine nobis iniūctū est: quibus omnes finitimi in-
fensi sunt ne uim aliquādo ab illis patiantur: & Massinisa no-
bis amicissimus continue illis imminet. Qꝫ si quis hęc omnia
contemnit ut & ipse Scipionis imperium aliquādo mereatur
hoc solū quod ad se spectat respicit & quę illi euenere sibi fu-
tura cōfidit. Quid enim utilitatis assequemur urbē suscipien-
tes quam habemus? Delebimus ne funditus quoniā frumētū
nauesq; rapuerūt: quę cum multis alijs nobis debēt? Hoc certe
nos facere iniuriū est si deorū indignationē si hominū inuidiā
multifacimus Massinisę ne habendam dabimus? At ille quidē
amicus nobis est: quem tamen in maius adaugeri haud tutum
ęstimo: quin potius inuicem eos contendere ac bellare utilius

Attende.

arbitror populo romano. At quos prouentus ex ea regione referemus? Sed eos i seruandis exercitibus illic nostris cõsumere oportebit. Multis quippe ut inter plurimos accolas potissimũ barbaros indigebimus. Colonos ne illuc emittemus in medio tot numidarũ: qui barbaroꝝ potissimi semper dira meditant? Qui si forte superiores euaserint ut i futurũ nobis formidolosi sint atqꝫ aduersi necesse est regionẽ tam amplã nostraqꝫ uberiorẽ multo magis possidẽtes. Quę ꝓfecto animaduertẽs Scipio cõsulere mihi uidetur carthaginensiũ preces haud spernendas esse a uobis. Quamobrem supplicantibus ipsis suadentiqꝫ Scipioni assentiendũ arbitror. Sic ille effatus est. P. autẽ Cornelius Cornelij lentuli affinis at cognatus: qui tum consulatum obtinebat & Scipioni fauere uidebatur econtra in hunc modũ dixit. Hoc quidẽ cõmodum o uiri quod solum hostibus utile est quod & isti inquantũ possũt nobis suadere conant quorũ perfidiam cum potẽtia custodire opus est: aut uires delere ex quo perfidiam non licet: in qua re nullũ tempus habilius q̃ presens est quod nos a carthaginensium timore liberet: in quo omniũ maxime imbecilles sunt atqꝫ infirmi ad utrumuis iteꝝ augeri. Nõ enim quod iustũ & ęquũ est effugere est animus: nec immoderatã mihi opinionẽ in carthaginẽses uideor afferre: qui in rebus ꝓsperis inique agunt: iniurias omnibus inferũt: in aduersis uero deprecantur: & si quid prosperi subito affulsit iura peruertunt: neqꝫ fœderũ reuerentiam aut iurisiurandi rationẽ tenent: Hos qs salute dignos esse existimat ob iuidiã hominũ indignationemqꝫ deorũ? Ego quidem deos arbitror ad hęc deduxisse carthaginẽses ut aliquãdo impietatis suę poenas luant eorum quę in sicilia: italia: hiberia: & in ipsa libya erga nos: aliosqꝫ omnes uiolatis cõtinuo fœderibus egere crudeliter impieqꝫ fecere: Quorum extera prius uobis q̃ domestica referre cupio ut plane illos intelligatis carthaginẽsibus infensi an poenas dederint. Hi Saguntinoꝝ adolescentes qui hiberię urbem

Oratio. P. Cornelij superiori contraria.

Facete.

Saguntini.

inclytam amicissimā nobis incolunt cum qua fœdera inierant

Nuceria urbs.

cū nihil mali ab ijs passi essent interemerūt. Hi Nuceriam ur-
bem nobis obsequentem per fœdera ingressi iureiurādo adhi-
bito singulos ciuiū cum duabus tunicis se dimissuros esse cum
in potestatem redegissent primū senatum eorum intra balnea
conclusum adhibito igne necarunt: Ciues uero abeuntes telis

Acherrani

insecuti sunt. Acheranorū pręterea senatum ꝑ inducias fiden-

M. Cornelius.

tem puteis mersere ora saxis obrueutes. M. Cornelium con-
sulem nostrū pari perfidia delusum compulere imperatorem
suum ueluti morbo cubantem inuisere. Demū ui sublatū ex
sicilia in libyam cum duabus & uiginti nauibus captiuum ab-

Atilius regulus.

duxerūt. Porro Atilium regulū alterū imperatorē nostrū ob
fœdera ad eos redeuntē afflixere tormentis. Quot autē Han-
nibal uel bello uel insidijs uel iureiurādo uiolato ciuitates aut
exercitus nostros aut ligurū cōfœderatos populi romani dece-
perit: eorū urbes diripuerit aut cū eo militantes ad id indu-
xerit longū esset enumerare. Hoc solū dixerim quadringen-

Attende crudelitatē Hannibalis.

tas nobis affuisse urbes: quarū captiuos partim fossis obruerit
partim fluminibus īmerserit: ꝑ quorū corpora tanq̄ per pon-
tes ductaret exercitum: Alios elephantis obterendos subiecit.
Fuere quos inuicem pugnare cogeret: fratres fratribus: patres
filijs opponens. Nuper autē legatis pro pace ad nos missis non
rogarunt modo carthaginenses ueꝝ iureiurando confirmarūt.
Demū cum legati eoꝝ apud nos adhuc essent naues nostras in
libya depredati sunt militibus in uincula coniectis tantū ipsis
ignorantię ob crudelitatē inest. His igitur quicq̄ misericordię
aut moderationis ab alijs impendi debet qui nihil moderatum
nihil mansuetū norūt: quiq; uictoriam adepti ut Scipio inquit

Fides ironice.

neutiq; romanoꝝ nomen nobis reliquissent? Sed fides illis in-
concussa dextera īuiolata est. Quę fœdera: quę iura excogitari
queunt quę isti nō contēpserint: quę tam iuste facta: aut gratis
data quę pro nihilo nō habuerint? Non imitabimur inq̄t eos.

Sed quę fœdera a nobis dissolui possunt qui nunq̃ fœdus ieci-
mus? At crudelitatem eorum ut aiunt nõ sequemur. Amicos
ergo & socios tam crudeles habebimus? neutrũ certe laude di-
gnum. Cęterum se nobis lege belli permisere quemadmodũ
multi sępe fecerũt. Scrutemur igit̃ an pro ijs quę daturi sumus
gratias sint habituri: an potius ex fœdere impositũ sibi existi-
ment. Differunt hęc enim inter se. Quousq̃ uero hęc nobiscũ
composuerint uiolabũt denuo excusationẽ quandam fœderũ
ut olim prę̃ferẽtes q̃si a nobis inique spoliati sint. Dubia uero
ad dissensionem sunt aptissima. Cum autẽ seipsos nobis dede-
rint armisq̃ ademptis corpora in potestate nostra fuerint: sen-
tientq̃ se nihil habere proprij idq̃ animis eorum infixum ste-
terit quicqd a nobis oblatum erit tanq̃ alienum ultro cupient.
Sin aliter Scipioni uisum est sententias rogare licet. Sin inscijs
uobis hęc ipse cum carthaginensibus egit quid nobis rem con-
sultandam defert. Ego uero tanq̃ primoribus uobis in iudicio
quę sentirem aperire uolui: quę ue utilitati publicę conuenire
existimaui. Hęc a Publio in hunc modum relata sunt. Senatus
per singulos sentẽtiã rogare cœpit. Plures igit̃ Scipionis men-
tem secuti sunt. Et hęc tertia cum romanis ac carthaginẽsibus
fuere fœdera: ad quę potissimũ Scipio illis uidetur induxisse
siue eorũ ratione quę prius dicta sunt: siue q̃ carthaginẽsibus
principatum ademisse abunde ad felicitatem uisũ est. Sunt qui
putent Scipionem utilitati publicę consulentem urbem illam
romanis finitimam atq̃ ęmulam seruari maluisse ne aliquãdo
secundis elati rebus per ocium ignauiãq̃ torpescerẽt. Quod &
paulo post Catonem illis dixisse ferunt cum rhodijs infensos
sermone compesceret. Scipio post hęc ex libya in italiam pro-
fectus uniuersas copias classe traduxit: romamq̃ ad triumphũ
reuersus est: quod omniũ ante se splendidissimũ dicit̃ egisse.
Eius forma ut nũc fit ab illis seruata est. Fuit autẽ huiusmodi.
Sertis redimiti omnes p̃cinẽtibus tubis currus spolijs refertos

Dubia dissensionẽ afferunt.

Nota tertia fœdera.

Triumphi forma consueta.

deducebant. Ferebantur & ligneę turres captarum urbium si-
mulacra pręferentes. Scripturę deinde & imagines earũ quas
gessissent. Aurũ deinceps & argentum partim rudibus massis
partim notis aut huiusmodi impressum figuris. Coronę pre-
terea quas uirtutis gratia urbes aut socij aut exercitus urbi pa-
rentes militibus dedissent. Candidi subinde boues & elephãti
illos sequebantur. Post hos carthaginensium ac numidarum
principes bello capti. Imperatorẽ lictores pręibant purpureis
amicti uestibus: tum citharedorũ ac tibiarum turba ad etruscę
similitudinem pompę. Hi succincti coronisq; aureis redimiti
suo quiq; ordine canentes psallentesq; prodibant. Hos lidyos
appellant ut facile crediderim etruscas a lidijs sumpsisse origi-
nem. Horũ in medio quispiam talari ueste fimbrijs ac armil-
lis auro splendẽtibus amictus gestus uarios edebat: hostibusq;
deuictis insultans risus undiq; ciebat. Post thuris & odorũ co-
pia imperatorem circũsteterat: quem curru deaurato multi-
fariamq; notis refulgenti candidi uehebant equi auream capi-
te gestantẽ coronam lapillis ornatam gemmisq;. Hic uestem
succinctus purpuream patrio more aureis intextam syderibus
altera manu eburneum sceptrum: altera laurum pręferebat:
quem romani uictorię insigne profitent̃. Vehebantur & cum
eo pueri uirginesq;: & ad habenas hinc inde cognati iuuenes:
demũ qui exercitum secuti fuerant scriptores: ministri: scuti-
feri ue: postremo exercitus in turmas aciesq; diuisus currum
sequebatur. Milites quoq; lauro redimiti laurum manu feren-
tes: quibus meritorum insignia adiuncta aderant: quę primo-
res hos quidẽ laudibus ferrent: hos salibus insectarentur: non
nullos infamia notarent. Simplex deniq; triumphi forma &
quam unusquisq; sermone facile explicare queat. Cũ in capi-
tolium uentũ esset Scipio deposito apparatu epulũ ut amicis
mos erat in tẽplo prębuit. Et hic finis secundi belli romanis ac

Finis secundi belli punici.

carthaginēsibus fuit: quod in hiberia inchoatū in libya finem habuisse constat ictis inter utrosq; fœderibus olympiade apud grecos quarta & quadragesima supra centesimā. Massinisa deinde romanorum potentia fretus illato carthaginēsibus bello plurimū agri ueluti ad se pertinentis per uim ademerat. Ea ex re carthaginenses romanorum opem implorare coacti Massinisam sibi conciliari precabāt. Illi legatos ex suis misere: quibus edictū fuerat ut Massinisę clanculum fauerent. Per hunc modum Massinisa carthaginēsium agros magna ex parte adeptus est: fœderaq; inter utrosq; icta: quę p annos qnquaginta pmansere: quo potissimū tempore carthago floruit: in paceq; constituta ad summū potentię dignitatisq; peruenit: ob agrorum autem fertilitatem marisq; cōmoda ut ī felicitate mos est discidentibus inter se ciuibus hi romanorum partes sequi: Illi populo fauere: nō nulli Massinissę herere certabāt. Erant autē factionis capita pleriq; qui gloria & uirtute longe precellerēt. Romanis plurimū fauebat Hanno cognomine magnꝰ. Massinisę prior aderat Hannibal Sarus appellatus. Populariū uero partes Amilchar Sannitis Carthalonq; sequebant: qui romanos obseruabant celthiberis aduersos Massinisam subinde ab alijs hiberis obsideri cōspiciētes Carthaloni suadent ut opem illi afferat: utq; in principio regionē preteruectus eos q Massinisę aduersabantur ac in medio utrorūq; tellure constiterant inuaderet. Verū ille multis interfectis, pluribꝰ expulsis libycos qui in agris morabantur in numidas concitat. Qua ex re uaria denuo inter illos prelia extitere quousq; romanorū legati ad conciliandos eos iterū missi uenerūt: quibus uicissim ut prius a Senatu edictum fuerat ut Massinisę clam fauerēt. Hi igitur quecunq; a rege per astum intercepta fuerāt hoc pacto firmauere. Primū quidē nihil dixere aut ab ullo dici passi sunt, ne quis ut in iudicio plerunq; fit quicq̄ auferre Massinisę posset.

Bellum Massinisę in carthaginenses.

Hanno.

Hannibal. Sarus

Amilchar.

Carthalon

Attende astutiam.

Magni agri Tyscam

In medio autem progressi manus extenderunt. Hęc eorum ad utrosq; mandata conciliationesq; fuere. Non multo post Massinissa disceptare iterũ cœpit: & agros qui magni nominãt: & regionẽ qnquaginta urbium tyscam appellatã sibi uendicare. Quibus ex rebus carthaginenses denuo ad romanos confugerunt opem postulãtes. Hi legatos ad certam diem missuros se polliciti eousq; distulere: quoad plurima in Massinissę potestatem peruenisse crederent. Tum demũ illos emiserunt: inter quos Cato fuit. Cum ad locum in quo de finibus agebat̃ uentum esset ut sibi potestatem omniũ utriq; darent postularunt. Massinissa cum romanis plurimũ fideret lucri haud incertus se suaq; eorũ arbitratui facile ꝑmisit. Carthaginenses econtra addubitare cœperũt. Quę enim antea perpessi fuerãt haud ęqua uidebantur. Dixere igitur quęcũq; a Scipione per prius composita essent inter eos neq; iudicibus neq; correctione ulla indigere nisi si qua interim eorum culpa emanasse dicerent. At legati spretis illis per partes iudicare pergunt. Regionem itaq; in primis scrutari incipiunt diligentissime cultã magnosq; apparatus ostendentẽ. Vrbem pręterea ingressi cum potentiam eius cum ciuium multitudinem non multo post Scipionis uictoriam adauctam conspexissent admirati sunt. Romam itaq; reuersi singula senatui populoq; romano retulerunt nõ ęmulatione magis q̃ suspitione commoti carthaginensium urbem adeo infidam adeoq; finitimam in tantum augeri dietimq; inualescere. Cato etiam prę cęteris nihil tutum illis fore ac ne libertatem quidem adesse posse salua atq; incolumi carthagine professus est. Quę omnia intelligens senatus bellũ gerere instituit: excusationes etiam habuisse dicitur: quę nulli patefactę sunt. Catonem quoq; in senatu sententiam dixisse ferunt carthaginem delendam esse. Scipionem autem nasicam contraria illi sentientem seruandam suasisse ad romanorũ metũ diutino

Cato.

Romani causam belli querebant.

Cato censorinus.

Scipio nasica.

ocio desidiaq; languentiũ. Interea carthaginenses qui populares habebantur Massinisę socios atq; amicos aggressi ad quadraginta urbe pellunt decreto fugę indicto. Populũ preterea sacramento adegere: neq; ulterius quenq̃ ex his admittere: neq; suadentibus ut hos reciperent annuere. Hi uero expulsi ad Massinisam confugiũt: eumq; ad bellũ concitant. Ille haud secus belli cupiditate ductus Gelossem ac Micipsam filios eius carthaginem legatos destinat: Ciuesq; urbe pulsos denuo admitti postulat. Carthalon obuiam progressus portas illis occludi mandauit ueritus ne expulsorum cognati atq; amici populum ad cõmiserationem flecterent. Gelossi porro redeunti Amilchar Sannitis inopinus occurrit: occisisq; nõ nullis ex socijs eius Gelossem metu terruit. Quibus rationibus adductus Massinisa urbem Horoscopam contra fœdus obsidere cœpit. Carthaginenses quinq; & uiginti peditũ millibus: equitibus urbanis trecentis in unum collectis pluribus additis Hasdrubalem plebis fautorem in ducem eligunt: qui in Massinisam statim copias mouit. Appropinquantibus autem ipsis Asasio & Subasę regis pretoribus cum dissensio inter eos & regis filios orta esset ambo ad Hasdrubalem equites sex mille adducentes confugiũt. Quibus ex rebus elatus Hasdrubal propinquior regi castra posuit locorũ iniquitate confisus. At Massinisa insidias illi struens copijs retro abductis fugam simulat. Carthaginenses illũ sequentes in campũ late patentem: uastumq; deducit. In eo omni ex parte colles quidã: scopuliq; prominebant. Cõmeatus uero inopia ꝑmagna aderat. Cũ in hunc locũ uenisset Hasdrubal Massinisa cõuersis signis medio in campo castra locat. Hasdrubal quo tutius insisteret ad asperiora loca deduxit exercitum. Cum in sequenti die prelium uiderentur inire Scipio iunior qui posterius carthaginem cepit ad regem uenit. Militabat autem ea tempestate cũ. L. Lucullo aduersus

Gelosses et Micipsa filij massinisse

Horoscopa urbs.

Stratagema.

Scipio iunior.
L. Lucullus.

celthiberos gerente bellum: & ab illo missus elephãtos a rege postulabat. Eo loco Massinisa in pugnã parato corpore equites uniuersos ire iussit: filiumq; ad se uenientes recipere imperat. Ipse orta luce copias in ordinem statuit octauum iam & octogesimum ętatis annum agens equitandi peritissimus nudum ephippijs equũ ut numidis mos est solus inscendere siue ducis munus obiens siue militis solebat.

Numidarũ natura.

Sũt quippe numidę libycorũ omniũ longe fortiores: longeuisq; ut aiunt uita longiores. Causam asserunt/ q nõ admodũ illis frigida sit hyems sub qua omnia fere corrumpuntur: ęstas nõ multũ torrida ut ad ęthiopes atq; indos: ob idq; immanissimas omniũ beluas regionem illam gignere: homines sub diuo assidue degentes labore maximo exerceri. Modicum illis adesse uini. Cibus uero simplex nulloq; apparatu. Massinisa igitur assũpto equo copias ad bellum instruebat. Hasdrubal multitudinem omnem ĩ ordinem educit: & iam multi in equis ad plana descenderant.

Attende.

Cum Scipio pugnam ab edito quodã loco ueluti e theatro inspecturus consedit. Sępenumero itaq; dicere solebat cum paulo post uarijs in pręlijs aliquãdo exerceretur nullo unq̃ tempore tantam se percepisse uoluptatem cum decem supra centum millia hominum inter se depugnantium ipse omni periculo solutus & cura ab alto intueretur. Addebat pręterea glorians duos duntaxat simili ante se spectaculo gauisos esse:

Hoc narrat Homerus

Iouẽ scilicet ab ida: Neptunũ uero ex Samothracia cum acies inter se pugnantes a longe uiserent. Perseuerante ab aurora usq; in noctem pugna: multis hinc inde cadentib⁹ tandẽ Massinisa superior uisus est. Dum igitur pręlio excederet/ Scipio illi occurrit: quem rex ut amicum iam pridem ab auo cognitum amplexus lęte suscepit.

De somnio Scipionis Cum in affricam ue/nissem.

Carthaginẽses cognito Scipionis aduentu ut eos cũ Massinisa cõponeret magnopere rogabant. Hoc munus a Scipione ultro susceptũ oblatis inuicem petitionibus carthaginenses terram

omnē quę circa emporiū sita est a Massinisa reddi postulabāt. Daturos se talenta argenti ducēta attica: octoginta uero ad tempus polliceri. Transfugas quidem repetēti ne aurem quidem adhibuerunt: sed infecta re ad suos abiere. Scipio cū elephantos a Massinisa recepisset in hiberiam ad ducem redijt. Massinisa interea collem quem hostes insederant circūducta undiqꝫ fossa uallauit: & ne cōmeatus inferri posset ꝓhibebat cū alioquin prope nihil est uixqꝫ e longinquo quicq̄ & id modicum afferri posset. Hasdrubal itaqꝫ belli discrimen prior cū hostibus uidebatur initurus utpote qui exercitu ualido atqꝫ īuicto comitatus regem quoqꝫ cōmeatu superaret. Et hostes quidem prouocare instituit. Mox cū romanorū legatos pacem utrinqꝫ cōciliaturos aduentare intelligit amplius differre maluit. Venere tandem legati: quibus imperatum erat ut si Massinisam prelio inferiorem cernerent ad pacē hortarentur. Sin superiorem ad bellum incitarent. Interea fames Hasdrubalē cęterosqꝫ carthaginēses uehemētius urgere cœperat adeo ut afflicti atqꝫ egentes infirmis corporibꝰ nihil in hostes conari aut facere auderent. Impedimēta itaqꝫ primū aut currus deinde equos igne torrebant. lora atqꝫ habenas uice ferculi mandentes ex quibus uaria morborū genera ob ciborū prauitatem immobilitatemqꝫ operum ęstatis maxime temporibus illos pati cōtigit cum angustia loci clauderentur. Ad hęc necessitas militum multitudo gentium: calor libyę uniuersa corruperant. Deficiente demū materia lignorū ad parandos cibos arma cremabāt: neqꝫ morientiū quisq̄ efferri Massinisa custodiente locū: neqꝫ ob lignorū inopiam cremari poterat: ex quo contagio ac pestis occlusis dentibus tabidisqꝫ corporibus dietim pullulabat. Iam maior pars exercitus morbo consumpta defecerat cum reliqui nullā salutis spem superesse rati transfugas Massinisę ac tria millia argenti talenta in qnquaginta annos dare pollicentᷣ: fugitiuos

Obsidentᷣ carthaginenses a Massinisa.

Fames.

Pestis

Finis belli punici secundi.

Bellū punicū tertiū.

eorū iuxta foedus recipere debere: Ipsi p unicam portam quę in hostes ueheret ad unū transeuntes cum singulis duntaxat tunicis abire uelle. Discedentibus illis Gelossus regis filius factę paulo ante ĩ eum psecutionis memor siue conscio patre siue inscio equites numidas post illos misit. Hi armis destitutos quibus se tuerent: nec satis ad fugam promptos ob imbecillitatē deprehendentes ferro cędunt. Ex octo igit & qnquaginta millibus hominū (tot enim eos fuisse constat) uix pauci carthaginē salui puenerūt: inter quos & Hasdrubal eoꝝ dux: nō nulliq; carthaginensium illustres extitere. Huiusmodi igit inter eos Massinissamq; bellum gestū. Secutū deinde tertiū ac ultimū in libya romanorum bellū. Nam carthaginenses Massinissę culpa ad has delati clades urbe diutius afflicta regē uerebantur propinquū admodum magnisq; adauctum copijs. Romanos pręterea assidue infensos & excusationē in primis ĩ regem deferentes suspectos habebāt: quod utrūq; haud indigne uidebant suspicari. Statim quippe romani exercitus per italiā omnem parare quasi magnū quippiā instaret nulla proposita causa properabant. At carthaginenses belli occasionem auferre cupientes primum quidem Hasdrubalem q ĩ Massinissam mouisset bellum: dein Carthalonem eorū pręsidem cęterosq; eiusdē belli socios capitali pœna publice condemnant culpam omnem in eos referentes. Legatos insuper romam misere qui Massinissam accusarēt: reliquosq; simili culpa affectos dicerent q inter se contendentes carthaginensium urbem in has clades coniecissent: inimicamq; inter se reddidissent. Tunc quendam ex senatoribus legatos in hunc modū rogasse ferunt. Cur sontes a principio nequaq̄ condemnastis, cęterum peracto bello accusare pergitis: & cum pręlia meditati estis nunc ulto irrisuri ad nos uenitis? Silentibus illis tandem in hunc modum responsum est. Carthaginenses neutiq; romanis abunde adhuc satisfecisse. Vlterius disceptātibus illis ac rogantibus quo

tandem pacto cũ se peccasse faterent ueniã adipisci possent?
Denuo his uerbis respondere. Si quod sufficiens est romanis prestiteritis. Scrutantibus ipsis inter se quid sufficiens id esset quidam romanos pecunijs a Scipione impositis quicq̃ adijcere uelle putabant: alij regionẽ que in dubio esset Massinise concedendã. Ambigentibus illis nouos denuo legatos romam destinant: qui quod sufficiens id esset explicari poscerẽt: quibus uicissim a Senatu responsum est optime carthaginẽses quid id esset intelligere. hisq; duntaxat expositis eos dimisere. Qua ex re maximo in timore & trepidatione uersari eos cõtigit. Vtica autẽ ĩ libya maior post carthaginẽ ciuitas est portu accõmodo ad continendas rates: exercituũ quoq; perfaciles receptus habet. Hec sexaginta stadijs a carthagine distat & ad bellũ oportuna maxime carthaginensium ab antiquo emula tũc odio ad tempus patefacto legatos romam miserat: qui urbẽ ultro illis offerrent. Qua ex re Senatus in bellũ pronus paratis copijs cũ urbem munitissimã & in tempore oblequẽtem facile uideret patefacta animi sui interiori ui ĩ capitolium proficiscitur: quo in loco de bello consultare mos fuit: ibidemq; carthaginensibus bellum inferendũ statuit. Imperatores autẽ ad id consules M. Manilium qui pedites duceret. L. uero Martiũ qui equitatui preesset elegerunt: quibus clam edictũ fuerat non prius a carthagine exercitũ tollere q̃ urbem euertissent. Hi peractis sacrificijs ex sicilia soluentes Vticam uersus nauigare pergunt quinqueremes qnquaginta sexcuples centũ una deducentes. Has onerarie & rostrate naues plures sequebantur que octoginta millia peditum: equitum quater millia ex omni electoꝝ numero secum ueherent cũ omnes ferme ciues: omnes socij ueluti ad insignem quandam militiam ac speratam uictoriam ultro accederent. Carthaginensibus igit̃ eodem tempore belli moles rumorq; ab unico dũtaxat nuncio allatus. Is quippe belli decretum afferebat cum naues in eos tendentes in alto uise.

Acerba responsio.

Vtica maior post carthaginem.

M. Manilius.
L. Martius cẽsorinus.

Romanorũ classis.

Stupentibus itaqꝫ ipſis rei nouitate cū claſſe deſtituti nō ſocios non mercenarios milites ullos haberent frumenti inopia pre-merent᷑ quo obſidionē tolerare poſſent omneſqꝫ ut inſperato inualidoqꝫ bello trepidarent Legatos denuo romam eorū duces mittere uiſum qui pręſentibus quoquo pacto obſiſterent:

Senatus reſponſio.

Quibus a ſenatu in hūc modū reſponſum eſt. Si conſulibus in ſicilia exiſtentibus intra trigeſimam diem trecentos pueros ex nobilioribꝰ carthaginēſes obſides dediſſent fore ut cęteris quę dicturi eſſent accōmodarēt aures: ferrent itaqꝫ carthaginē mandatū. Ipſi deinde ad conſules quę uellent ſecreto imperant. At carthaginenſes q̃q̃ eorum uoluntatem ſuſpectam haberēt: nec ſatis fidei ijs quę a romanis proponebantur ſi obſides darentur adhiberent tamē ut in extremo periculo euenire ſolet ne quid ſpei intentatum ſinerēt depoſita ſtatim mora pueros in ſiciliā mittunt parentibus eorum ac domeſticis & ī primis matribus fletu reclamātibus: quę proprios natos eiulatu gemituqꝫ proſecutę furibundis ſimiles naues quibus illi: milites: & argentū ferebat᷑ inuadunt: funes auellūt: nautas pręterea aggreſſę exire prohibebant. Fuere quę per undas enatarent filios profuſis lachrymis intuentes: quędam quę in littore pſiſterent comas laniantes: tundenteſqꝫ pectora ut in funere mos eſt cum quidē uerbo obſides ab illis exigi crederent: re autē urbem romanis tradi ex quo nullū huiuſmodi fœdus propoſitum fuiſſe cōſtat quo pueros exigerent: ob id plurimę eaꝝ hoc ipſū inter fletus & eiulatus diuinaſſe dicunt᷑ nullā puerorū prębitionē carthaginenſiū urbi utilitatē allaturam eſſe. Huiuſmodi igitur obſidum exhibendorū carthaginēſibus ratio fuit. In ſiciliā autē cū adducti eſſent cōſules eos romam miſerunt: Carthaginēſibus uero reſponſum prębuere in fine belli cętera ſe in utica dicturos eſſe. Ita claſſe delati caſtra diſponūt: pedites quo pridem a Scipione locati fuerant ſedem capiūt: naues uero ī uticę portu cōſtiterūt. Accedentibus deinde ad eos carthaginenſiū legatis

Pia hiſtoria.

conſules in edito quodã loco conſedere ducibus ac tribunis eos circũſtantibus: quos uniuerſus deinde exercitus longo ordine inſignibus obibat armis uexilla porro recta tenuere ut facile legati copiarum multitudinem intueri poſſent. Conſulibus demum tubȩ ſigno cũctos ſilere iubentibus tubicen legatos iuſſit accedere.

Receptio legatoꝝ carthagineſiũ a romanis.

Illi per ingentia profecti agmina neutiꝗ̃ ad cõſulum tribunal habuere aditum ſed eo tabernaculo: quod in medio ſitum erat perſtitere: quibus conſules ſi quid uellent effari imperarunt.

Oratio carthagineſiũ.

Legati miſeranda plurima ac uaria locuti fœdera quȩ cum illis prius extitere repetebant: Carthaginis prȩterea ſortem quȩ tempore multitudine potentia ac principatu terrȩ mariſꝗ floruiſſet recenſentes nequaꝗ̃ id ex iactantia ſe loqui ꝑ̄dicabant. Nõ enim ĩ aduerſis iactantiȩ eſſe locũ: ſed ut uobis dixere romani & ad ueſtram moderationem ac tranquillitatẽ hȩc exempla ſint. Quoſcũꝗ etiam potentiores infeliciũ caſus miſereri ſolitos & ſuorũ ſpem ſibi prȩponere ne quid in alioꝝ fortunas indigne agant. Hȩc quippe uobis ac ueſtra pietate digna: Diſſimulare maxime quȩ hominũ ſũt. Sin uero inter homines impios inhumanoſꝗ incidimꝰ abunde nobis miſeriarũ hȩc erunt quȩ pertulimus: qui principatũ terrȩ mariſꝗ amiſimus: naues noſtras omnes dedimus: nulla retinemꝰ elephantoꝝ poſſeſſionẽ uobis liquimus: obſides porto ꝗ potiores fuerant aſſignauimus: uectigalia ſuo ordine dimiſimus ꝗ ab alijs cõtinue aſſumpſimus. Hȩc quidẽ patribꝰ ueſtris abunde fuere cum quibus bella geſſimus. Qui fœdera nobiſcũ ſancientes ut ſocijs & amicis uſi ſũt. Iuſiurandũ fœderibꝰ ab utriſꝗ additum. Sed hi nobiſcũ belligerantes fideles demũ extiterũt. Vos autẽ cũ ꝗbus nullũ unꝗ̃ bellũ fuit fœdera nõ obſeruaſſe criminantes tam ſubito ꝓſiluiſtis ad arma: ac ne monitos priꝰ ĩuaſiſtis. Cur id enim? An ꝙ tributa uobis nõ exoluimꝰ? an naues retinuimꝰ? an elephãtos adeo ĩuiſos poſſidemꝰ? Nõ miſericordia ulla uos detinet o romani ꝙ qnꝗ̃ginta millia hominũ fame

Loquit̃ de obsessis a Massinisa.

Occasio belli.

Censorinus.

amisimus. Sed Massinisę dicet aliqs intulim⁹ bellũ: qui pluri-ma iam superlucratus est. Quę omnia ꝓpter uos ꝑferre uisum cũ tam impie ac scelerate terrã illam in qua ĩnutritus & altus esset bello ĩuaserit: aliam quę circa emporium sita est ademe-rit: qua sumpta reliquã habere cupiat quoad fœdera inter nos iacta confuderit. Hęc enim totius belli occasio uobis est. Nos autẽ eos: qui auxiliũ ĩ illũ attulissent condemnauim⁹: legatos ea de causa ad uos misimus: qui pro omnibus istis satisfacerent & ad alios duces uestros si quid libuisset imponere. Quid igit̃ nauibus aut copijs aut exercitibus opus est cõtra eos qui nec se peccasse diffitentur & uobis cum placuerit se subijcere parati sunt? Q͂ igitur neq̃ uos decepimus neq̃ paruifecim⁹: & pati quodcunq̃ libuerit parati sumus hęc ideo uobis proposuimus Satis animi quid esset nobis perspectũ est cũ optimos pueros poscentibus uobis ut mandati uestri ratio exigebat intra uige-simam diem obsides ad uos misimus: quibus traditis ęquũ & uos fuit leges uestri seruare mandati carthaginensium urbem liberã suisq̃ degentem moribus & quę nunc habet possidentẽ nobis linquere. Hęc a legatis palam dicta. Ad quę Censori-nus cũ assurrexisset ĩ hunc modũ respõdisse dicit̃. Causas bel-li quid uobis opus est referre o carthaginenses legatis uestris romę a Senatu de his abunde cõmonefactis? Quę autem apud nos mentiti estis paucis refellam quod & mandatum nostrum in primis arguit. Nos quippe uobis in Sicilia ediximus cũ ob-sides nobis dedissetis uestros reliqua ĩ utica relaturos esse. Ob-sidum uero quos misistis cũ celeritatẽ tum electionẽ cõmen-damus. Sed quid armis uobis opus est ĩ pace uobiscum firma degentibus? Afferte quicquid apud uos publice priuatimq̃ armorum sagittas: catapultas: ac alia omnia nobis tradite. Sic ille locut⁹ est. Quibus legati se parituros responderũt. Cęterũ nescire se quo pacto Hasdrubalẽ quẽ morte damnassent ad ui-ginti millia hominũ secũ adducentem instantemq̃ carthagini

in potestatem eis traderent. Dicentibus deinde consulibus id curę romanis fore & idipsum se facturos polliciti sũt. Assumptis igitur una Cornelio Scipione: qui nasica dictus est. & Gn. Cornelio cognomine hispano ad ducenta millia armorum attulerunt: sagittarũ: telorũ infinitã multitudinem. Catapultas preterea: & acuta iacula: lapidum excutiendorũ machinas usq; ad duũ milliũ numerũ: quorũ aspectus splendidus insignisq; uisebatur tot hostilibus curribus ea deferentibus: quos legati reliquiq; seniores totius populi quicũq; optimi in primis habebantur Sacerdotes pręterea & illustres uiri quo consules ad pietatem & misericordiam flecterent secuti sunt: omnesq; suo ordine ante ipsos cõstiterũt. Tũ Censorinus (erat enim collega suo ad dicẽdũ promptior) simulato gestu cum prior surrexisset huiusmodi sermonẽ habuit. Vestrę quidem obedientię ac prõptitudinis o carthaginenses in exhibendis obsidibus deferendisq; armis nõ mediocri laude digni estis. Cęterũ in reb9 necessarijs q̃ breuissime loqui opus est. Quãobrẽ residuũ mandati hui9 quod a Senatu uobis iniunctũ est subire dignũ. Tradite itaq; nobis urbem uestram & aliunde quocũq; libido fert octoginta stadijs a mari distantẽ uobis condite. Hãc enim quã incolitis euertere ĩ animo est. Loquẽte adhuc eo carthaginenses elatis ad cęlũ manibus deos inuocare q̃si ab his decepti romanis multa diraq; imprecari siue moribũdi siue amẽtes: siue q; romanos ĩ legatos irritare cuperẽt: una uoce simul occepere. Demũ in terram prouoluti ij manibus capita contundere: quidã uestes laniare: nõ nulli manus sibi afferre ueluti insania quadã stimulante nõ cessabant. Cũ a fletu qeuissent mœsti ac silentes nõ aliter q̃ si uita functi essent ꝯstitere. Qua ex re stupefacti cõsules oĩsq; multitudo aliquãtulũ illis deferre statuũt ob mãdati diritatẽ quoad mœsticię quies data esset satis gnari ingẽtes dolores audaciã afferre: tẽpore uero moderari animũ necessitatiq; succumbere: quod & carthaginẽses pati contigit.

Scipio nasica.
Gneus Cornelius.

Simulata Censorini oratio.

Miseranda sors.

Carthaginensium querimonia.

Post silentium enim cum non minus eos mala sequerent᷑ quere-
relę tandem modũ posuerunt. Deplorabant autẽ seipsos ac la-
mentabant᷑ eorũ filios ac uxores nominantes: deinde ad patriã
ueluti audientem referebãt fletus multa dira ac miseranda re-
censentes. Demũ sacerdotes ac eorum nomina deosq; cum illis
ueluti pręsentes inuocabãt urbis cladem in eos referentes. Erat
autẽ confusio quędã miseranda lugentiũ cũ priuata pariter ac
publica deflerẽt adeo ut romanis lachrymas excuterẽt: Consu
les ꝑterea humanę uolubilitatis meditatio torqueret: mœstiq;
ac silentes querelę finem expectarẽt. Cum a fletu desiuissent
iterũ coorto silentio intra se cogitare cœpere urbem inermem
esse atq; uacuam: non nauem habere: nõ catapultam: nõ sagit-
tam: non gladium: nõ ciues ad tuenda mœnia sufficere quin-
quaginta millibus fame absumptis: peregrinũ adesse neminẽ:
nõ amicum: neq; socium: neq; tempus ad ista sufficere/ hosti-
bus filios: arma: prouinciã in potestate habentibus: urbem ar-
mis: nauibus: peditibusq; obsidẽtibus Massinisa hoste in late-
ribus hęrente. Hęc igit᷑ animo uoluentes a tumultu denuo ac
querelis abstinebant nihil utilitatis ob hęc in aduersis depre-
hendentes ad orationẽ confugiebãt: Inter quos & Hanno fuit
qui Gellas dicebat᷑ uir nobilitate & uirtute pręcipuus: qui de-
precata uenia in hunc modum loqui orsus est. Si qua apud uos
dictorũ ꝓ nos ratio constat o romani nõ nulla denuo dicemus
non ut iusta comprobemus (neq; enim hoc tẽpore infelicibus
contentio uobiscũ ęqua est) sed ut intelligatis nõ sine causa &
ratiõe pietatẽ a uobis erga nos habendã esse. Nos quidẽ libyę
ac mari dominantes cũ pluribus ex uestris de principatu con-
tendimus: Tandẽ Scipione duce uobis cessimus: naues & ele-
phãtos: quos habuimus ultro dedimus: Tributa dare polliciti
in tempore exoluimus. Per deos quoq; fœdera ineuntes quę ꝓ
nos acta essent: quę ue a Scipione ꝓmissa pariter seruare cõue-
nimus: cũ iureiurando affirmaretis romanos ac carthaginẽses

Oratio optimum refugium.

Hannonis oratio.

inuicē socios fore & amicos. nihil est quod interim a nobis peccatum sit cum nec naues habeamus nec elephātos: nec tributa dare desiuerimus qnimmo aduersum tres reges uobiscum depugnauimus. At uos nec urbi parcitis q̄q̄ & hęc ipsa cū arma a nobis exigeretis ꝑprius diximus. Erumnę quippe loquaciores reddunt homines. Verꝫ nihil est ꝙ precibus nostris opituletur magis q̄ fœdera iure inita: nec aliud residuū nobis est ad quod confugiamus. potentiā omnē uobis dedimus. Priora igit̄ huiusmodi sunt: quorū omniū fideiussor est Scipio. Pręsentiū autē uos consules testes estis atq; auctores. Obsides requisiuistis. qui potiores erant exhibuimus. Arma petistis. omnia in potestate uestra sunt: quę nec in expugnatione deprehensi sponte concessissent. Credidimus uobis romanorū ritu atq; more. Sic enim senatus nobis edixit. Vos porro obsides petētes professi estis cum eos haberetis liberam nobis urbē dimissuros esse. Sin autē & id adiunctū erat ut reliqua quę iuberetis nos pati oporteret nō hercle ęquū fuit id tam constanter nobis polliceri. In depositione quippe obsidum liberatio urbis contineri debuit. Quam si uobis euertere fas est quemadmodū liberam aut suis legibus uti sinitis. Hęc enī habemus quę priori ex fœdere: aut ijs quę a uobis adiūcta sunt possumus dicere. Sin & ipsa nō admittitis uniuersa cōcedamus. Verꝫ quod infelicibus reliqui est defleamus ac precemur. Magna nobis deprecādi copia ob malorū inest inuidiam. Per urbis igitur uetustatē oraculis deorū conditam: per gloriam eius longe patentem ac uulgatam: per nomen quod uniuersa in terra notum est: per sacra quorum in ea ingens copia: per deos qui nihil impie usq̄ egerūt deprecamur ne eorū celebritates: pompas: solemniaq; eripiatis nobis aut defunctorū monumenta quod impium est cū nihil ab his passi sitis uelitis auferre. Et si qua uobis inest pietas misereminí eorum quibus una migrare opus est: parcite dijs penatibus: parcite foro & plateis: parcite deorū templis cęterisq; omnibus

Pia deprecatio.

que consuetis iocunda sunt atq; honesta. Quid carthaginē metuere ulterius opus est cū arma: naues: elephantos quibus omnes adeo inuident ipsi teneatis? De habitatione autem &si id deprecari fas est hoc certe admirandū uidet̄ homines mari assuetos ad mediterranea uelle traducere: quorum infinita multitudo ī mari operatur. Dabimus enim quod eque ualeat rem nobis cariorem: uobis autē gloriosiorem urbem nostram. Que cum nullius mali causa sit īmunem esse sinite. nos autem quocunq; inhabitare uultis eo mittite. Sic enim hominib⁹ aduersi eritis: nō sacris: neq; dijs: sepulchrisue aut urbi innocue: pietatis uero & clemētie gloriam super omnes assequimini: & in ijs que felicia uobis accident moderationem uestram ostendetis: quod in omni uictoria continue a uobis obseruandū est ne iouem ceterosq; deos: quos carthago adhuc habet aliquādo in uos filiosq; uestros irritetis: neq; optimam famā uestrā in nos abijcientes tam īmenso scelere ad audendū graui: ad agendū grauiore: quod a maioribus uestris omni seculo inauditū fuit insignem gloriam uestram maculetis. Plurima quidem inter grecos & barbaros inuicem fuere bella. plurima etiam a uobis ad alios gesta sunt o romani: neq; tamen ab ullo gentiū urbem fundit⁹ fuisse euersam fama est. Ante pugnā cohibuere man⁹ arma filiosq; tradidere: & si qua alia inter homines mulcta fit ultro subierūt: fœdera: deos: fortunā humanā: & que felicib⁹ rebus admodum uerenda est indignationē uobis preponētes. Rogabim⁹ igit̄ uos ne secundis uobis affluentibus nobis insultetis: in calamitatibus uero nostris que intolerabilia nobis sint imponere uelitis. Indulgere quippe nobis ni urbem concesseritis legatos denuo nostros ad Senatū mittere: proq; ea deprecari breuitatem hui⁹ spacij facile uidetis: quod nobis ob futuri euentū in tam modico tam ingens tormentū affert. uobis autē eque in tuto est siue nunc siue paulo post quod uidebit̄ efficere quod pium & humanū nobis fuerit cōcessisse. Hec Hanno.

Legati urbē offerūt.

Jus[illegible] carthagine [illegible]

Bella plurima inter grecos & barbaros.

At cõsules loquẽte adhuc eo satis mœsticię cũ illis haud quaq̃ prodesse possent cœpisse uisi. Silentibus iterũ ipsis Censorinus in hunc modum fari orsus. De ijs quę senatus in uos censuit quid ulterius loqui opus est o carthaginenses? Edixit autẽ & ita facere necesse est: neq; aduersari nobis licet quo min⁹ ea exequamini quę uobis iniuncta sũt. Hęc enĩ ut hostibus edicimus nostris quę solum effari opus est: Deinde ut fiãt cogere ex quo utilitati cõmuni congruunt: fortassis & uestrę. Magis tamen hęc uobis o carthaginenses cõducere arbitror: quod & rationibus nitar ostendere si suadere facilius est q̃ cogere. Hoc mare quod uobis adest principatus & potestatis antiquę memores continue extollit & ad rapinas incitat: & ab illis in has deducit calamitates. Siciliam cũ p ipsum aggressi essetis ob id ipsum amisistis. Inde ĩ hiberiã classe prouecti prouinciã cepistis: inter quę ipsa fœdera negociatores deprędati nostros potissime ut scelus tegeret mari obruistis quoad deprehensi Sardiniam mulctę pœnam tradidistis. Eandem porro insulam p mare eripere tentastis. Sic enĩ in mari degentib⁹ a natura datũ est ut aliquid maius semper affectent ob operũ opportunitatẽ celeritatemq; uehendi: quod & athenienses cũ nauibus operã dare cœpissent ad sũmũ extulit: eosdemq; subuertit. Maritima quidem negociantibus uidentur similia: Quę cum augeantur plerunq; cito tamẽ decidunt. Scitote igit illos de quibus uerba feci cum imperium ad Ioniũ usq; protulissent: ac siciliam non prius a cupiditate habendi desiuisse q̃ principatũ amisissent: portus: naues hostibus dedissent: pręsidiũ intra urbem recepissent: mœnia postremo tam ingentia solo equassent: & ipsi mediterranei quodammodo effecti essent: quę res plurimum illis salutis attulit. Stabilior quippe in mediterraneis uita est o carthaginenses agricultura scilicet sollicitudoq; laborũ. Minora fortasse lucra firmiora certe ac periculorũ expertia multo magis quę ab agricolis q̃ quę a negociatoribus solent experiri.

Censorini oratio.

Mare.

Athenienses.

Stabilior in mediterraneis uita.

Omnino mihi ciuitas quę i mari sita est naui magis q̃ terrę as/
similis uidetur esse magnam in se negociorũ cõtinens fluctua/
tionem. Quod autẽ ex telluris frugibus carpitur securius ut in
terra fit: propterea & priscorum regna ut plurimũ a mari lon/
ge aberant: ob idq; in maius excreuerunt medorum: assyriorũ
ac persarũ aliorũq; q̃ plurium. Cęterũ de regnis in pręsenti di/
cere omittam quę nihil a uobis differre uisa. ad libyam uestrã
referte oculos. Cuicunq; finitimi esse uolueritis per nos licebit
fore ut obstantem aliquando uobis aspectũ memoriamq; ma/
lorum quę adeo moleste fertis possitis auertere ne cum mare
scaphis uacuũ intueamini continuo nauium multitudinẽ quę
uobis adesse consueuerat cogitetis: aut spoliorũ quę abstulistis
aut portuũ ĩ quos adeo superbe delati estis recordemini. Quid
autẽ hęc intra mœnia exercituũ receptacula aut equorũ & ele/
phantorum stabula aut horreorum dispositiones ob id condi/
tę aliud mentibus uestris suggerunt: q̃ dolores & incitationes
quasdam ad ea redeundi cũ licuerit. Passio hęc quidẽ consue/
ta mortaliũ pręteritę sortis semper reminisci ad eamq; reuerti
posse sperare. Malorum uero medicina q̃ optima est obliuio:
quã neutiq; assequi fas est ni locũ mutaueritis: cuius rei argu/
mentũ in promptu est/ q; cum fœdera nobiscũ inieritis: sacra
uicissim libaueritis: principatus tamen cupiditate in nos irrui/
stis armati quasi imperium nobis erepturi continue tẽpus ob/
seruantes. Oportet autẽ & ciuitatis uestrę & portuum huius/
modi ac naualium obliuisci: mœniumq; uestrorũ in exercituũ
formã modumq; erectorũ. Quid enim hostibus captis ulterius
parcere opus est? Sin principatui sincere ceditis: nec uerbo ma
gis q̃ animo dicitis educite quę uestra sũt nulla excusatione ꝓ/
posita ꝓmittite inquã & opera ostendite & in eam quã tenetis
libyam habitaturi concedite ab hoc mari longe distantẽ: neq;
excusationẽ addideritis sacrorũ uos misereri: pœnatum: fori:
sepulchrorũ quę immobilia & certa sunt: sed ad illa cũ libuerit

Malorum optima medicina obliuio.

accedentes sacra facite: cętera euertemus. Nō quidē naualibus sacra fiunt: non mœnibus litatur. Penates uero templa alia foraq; quę in ea ad quā migrabitis erigetis statim patriam uobis reddent: quēadmodū ex tyro alias profecti in libyam uenistis: & hęc olim acquisita nūc patriā dicitis. Breui deniq; sermone hęc a nobis discite quę neq; furentes ue℞ stabiles & concordes & cōmuni bono cōsulentes dicim⁹. Num uos recordatio subit Albanę urbis: quā neutiq; inimicā ue℞ matrē & altricem nostram relinquentes non ut furentes sed ut conditores cōmunis utilitatis promptis animis romam transtulimus: quod utrisq; utile fuisse credim⁹. Cęte℞ sūt uobis mercenarij plurimi mari degentes. Hoc quidē notissimū nobis est q̄ libenter mari coutamini. Dispositionē igitur locorū & electionē q̄ amplissimā habetis. Non enim procul a mari incolere sed ꝑ octoginta stadia abesse imperamus. Nos quippe qui hęc edicimus ꝑ centū stadia distamus a mari. Locum uobis quocūq; libuerit eligere concessimus: in eoq; liberos & īmunes degere uestris legibus hoc est quod in primis uobis ꝓposuimus suis legibus degentē īmunemq; carthaginē dimissuros esse si nobis paruerítis. Non enim aream in qua urbs sita est carthaginem putam⁹ esse. Hęc effatus Censorinus loqui desijt. Carthaginēsibus autē ob mœsticiam ad ea nihil respōdentibus ite℞ fari cœpit. Quę suadentem & hortantē dicere oportuit abunde dixi. Quę uero senat⁹ imperat facere necesse & statim quidē facere. Abite igitur. legati enim adhuc estis. Sic ille. At hi a lictoribus expulsi futurā urbis sortem pręuidentes uelle loqui iterū dixerunt. Ita introducti fari incipiunt. Inexorabile mandatū uestrū intuemur: neq; enim legatos romam mittere cōceditis: ad uos autē redire non speramus: sed a ciuibus interdicendū opprimi. Precamur igitur nō ꝓ nobis quidē cū omnia exequi parati simus sed pro urbe ipsa carthaginis si fas est tantis obstupefactam malis has erumnas perferre posse ut ad illā propius classem propellatis

Roma a mari distans per centum stadia.

Repetita Censorini oratio.

Alia carthaginensiū oratio.

quoad nos iter nostrũ recedentes facimus ut hęc ipsa audien-
tes ciues atq; intuentes quę nobis imperatis si potis est cõpelli
queant. Ad hęc enĩ nos necessitas adduxit: ac fortuna ut ad in-
ferendã patrię nostrę classem ipsimet uos cogamur deprecari.
Hęc cũ dixissent legati recesserunt. At Censorinus qnquere-
mibus uiginti ꝓuect⁹ in altũ haud lõge ab urbe classem sistit.
Interim legati hi quidẽ a uia currẽtes declinare: multi silentes
mœstiq; pręire. Carthaginenses partim e mœnibns legatorũ
aduentũ operiri: morantibusq; illis ultra modũ angi comasq;
laniare: partim aduentãtibus obuiam prodire morę impatien-
tes & quę afferrent scire properãtes. Cum autẽ tristes tacitosq;
intuerent᷑ facies sibi ipsis cõtundere lamentariq; cœpere. Non
nulli inuicem progressi ut quęq; sibi amicum aut notũ offen-
dissent ad eum diuertebant. Sed cum rogantibus ipsis nihil re-
sponderent ueluti in dubia clade circũuenti flere nõ cessabant.
Quod audientes ij qui in mœnibus constiterãt consono recla-
mabant fletu cũ nihil intelligerẽt sed tanq̃ manifesto oppressi
malo trepidarent. Cum ad portas uentũ esset modicũ cum illis
ambulantes cum turmatim accurrissent post modicum eos re-
liquere Cum hoc unum eis retulissent senatores q̃ primũ ad-
eundos esse. Tunc autẽ ab illis discedentes expectabant: quidã
audiendi cupiditate ducti ulterius prodibant. Cum prętoriũ
ingressi essent senatores statim plebem abegere: ipsiq; in con-
silio soli remanserũt reliqua multitudine foris expectãte. Le-
gati itaq; in primis consulũ mandata referre incipiunt: ad quę
senatorum acclamatio secuta est. Qua audita populus qui ab
extra steterat cœpit reclamare. Addidere ꝑterea legati q̃ mul-
ta illis dixissent quę equa forent referẽtes: ac rogantes ut lega-
tos romã mittere liceat. His auditis ingens silentiũ secutũ est:
rei quippe finem expectabãt: populus quoq; silere cœpit. Cũ
autẽ intellexissent nihil legatis concessum esse adeo in fletũ ac
clamorẽ effusi sunt ut populus accurreret: omniũq; in ĩmensũ

Mira proprietas di-
cendi.

luctus resonaret: quēadmodū ĩ bacchanalib⁹ mysterijs nouas quasdam lugendi formas & ignotas Menades dicunť afferre. Hi consultorū taciturnitatē in dandis obsidibus reprehendere & ut insidiarū principes hinc inde distrahere: Non nulli eos q arma dari censuissent palā criminari: Pleriq; legatos ut malorum nuncios uerbis incessere: quidā p urbē discurrere. Alij italos qui apud eos adhuc erāt ut inopino periculo deprehēsos atq; indicto uarie torquebāt pro armis obsidib⁹ ceterisq; se ulcisci pdicantes adeo ut fletu: ira: pauore atq; indignatione tota impleret ciuitas: perq; angiport⁹ discurrētes carissimos quosq; uocare: & ad templa tanq̄ in asyla confugerēt deos crimināntes quasi sibiipsis impotentes ad ferendā opē. Erāt qui armamentaria ingressi deflerēt armis uacua intuentes: alij naualia ratib⁹ destituta lugerent tanq̄ infidelibus cōcessa uiris: Nō nulli elephantoꝝ ueluti presentiū nomina inuocarēt parētes suos ac se ipsos increpantes. Decentius enī illis fuisse aiebant si neq; elephantos neq; naues: neq; arma aut tributa pendentes cū patria simul uitā amisissent. Maxime autē ad iram illos concitabant obsidū matres que ueluti tragice quedā hermes fletib⁹ & eiulatibus uniuersos adorse pueroꝝ traditionē quasi abiectionem quādā suoꝝ deplorabāt: eorū causa uindictā ab ijs sumere deos clamitantes. Cum aliquantum quiesisset furor portas occludi mœnia pro catapultis saxis impleri imperāt. Senatus quoq; ea met die bellum suscipiendū esse decreuit: seruosq; in libertatē uendicari. Imperatores ad id bellum duos elegerunt, Hasdrubalem scilicet qui ad ea que foris fierent presideret: quē antea ueluti hostem publice damnatū nūc ad uiginti millia hominū secū adducentē imperatorē fecerāt. Ad hunc premissus quidā deprecari cœpit ne patrie iniurie memor esset: in eaq; seuiret qnimo in extremo destitutā periculo iuuaret: ne ue ex necessitate offensus ob romanoꝝ metū bellū in eos uerteret. Vrbanis autē rebus alterū pfecere ducē Hasdrubalē Massinise nepotē.

Menades.

Tumultus urbis.

Carthaginēses ad defensionē se pparant.

Ad consules porro delegant qui dierũ triginta inducias posce-
ret quoad legatos suos romã mitterẽt. Repulsi igit͛ ab his adeo
ĩ admirabilẽ mutationẽ uehementemq; sublati sunt audaciam
ut quęcunq; prius pati decreuerint q̃ urbem derelinquere. Fi-
ducia quoq; ex mutatiõe repleri cœpere sic ut opificia omnia:
negocia publica ac sacra cessarent: & si quid aliud maius fieri
solitũ desineret: mulieres ęque ac uiri die noctuq; nulla inter-
posita quiete operi intenderent frumento per partes diuiso &
ad mensurã tradito. Eo modo clypeos centũ singulo die: enses
tercẽtos: catapulticas mille: sagittas: iacula quoq; & lanceas qn-
gentas cuderent: catapultas quoad potis esset fabricarent. In
edictis autẽ eorũ rasere mulieres funiũ inopia. In hoc itaq; ap-
paratu carthaginenses se exercebant. At consules statim quidẽ
ne negligentia in difficile aliud opus laberent͛ simul & urbem
utcunq; libuisset suscipere confisi perstabant adhuc deditionẽ
eius ex inopia sperantes satis arbitrati queãdmodũ in aduersis
euenire solet primũ quidẽ ciues cõtradicturos esse: proceden-
te autẽ tempore ex ratione dissuasos: metuq; succũbere. Quę
carthaginẽsiũ quispiam animaduertens abunde ratus eos iam
timorẽ attigisse ausus est tanq̃ ob alia ingressus ĩ mediũ afferre
Ex malis quidẽ quę mediocria essent eligere eos oportere: qui
armis carerent. Hoc autẽ tam aperte ferente sententiã Massi-
nisa apud romanos questus est: ac grauiter ferre uisus/ q cum
ipse carthaginensiũ potentiã ad eorũ genua prior subiecisset:
alios litteris hinc inde discurrentes cerneret: nec nisi re pfecta
quę egissent referentes queãdmodũ prioribus ĩ bellis sępe fe-
cissent. Respõdentib⁹ autẽ cõsulibus ut & ipse uicissim auxiliũ
afferret tunc se missurũ esse ait cũ indigere cognouisset: paulo
deinde post cũ ad consules misisset si quid opus esset se paratũ
fore. Cõsules superbiã eius nõ ferẽtes: & ueluti iam insanienti
minus confidentes ĩ hunc modũ responderunt Missuros se cũ
indiguissent. Exercitus uero cõmeatũ omni cura & diligentia

Carthaginensiũ dili-
gentia ĩ tuenda urbe

Consiliũ in mediũ
allatum.

Conueniens respõsio
romanorũ ad Massi-
nisam.

parabãt cum ex solis duntaxat Adrumeto: Lepta: Saxo: Vtica ac chellis haberent. residua quippe libyę Hasdrubali parebãt: ex quibus carthaginẽsibus cõmeatũ suggerebat. Paucis deinde elapsis diebus consules carthaginem uersus mouere copias ad prę liũ instructi. Erat autẽ ciuitas uasto quodã ĩ sinu & magno sita Cheronneso maxime assimilis. Collũ eius a mediterraneo primũ insurgit & p qnq; ac uiginti stadia ĩ latitudine extẽdit̃. A collo p̃terea çona quędã ĩ lõgitudine angusta dimidij stadij potissimũ latitudinẽ tenens ad occasum uergit inter stagnũ & mare media simplici muro per scopulos munita. Quę autẽ ad meridiem spectãt & ad mediterranea ubi & Byrsa inest supra collũ triplici muro claudunt̃. Hoꝝ quilibet altitudinẽ triginta cubitorũ habet turribus & propugnaculis exceptis: qui p duo iugera distantes quaternis tectis distinguũtur: in profũdũ triginta pedes demissi duobus tectis assurgũt: & ipso quidẽ concauo ac contecto inferius tercenti stabulabãt elephãti: ĩ quib⁹ horrea quę cibaria eoꝝ seruarent adiuncta erãt: equoꝝ deinde stabula superius condita quater milliũ facile capacia: & pabuli bordeiq; uicissim repositiões. Preterea uirorũ receptacula usq; ad uiginti milliũ peditũ: eqtũ quater milliũ numerũ. Hi apparatus belli tẽpore p̃sertim in ipsis muris cõtinebant̃. Angulus porro ultra lingulã illã a muro ad portum flectebat̃ debilis admodũ ac humilis: quẽ a principio neglexerant. Stagna autẽ ad inuicẽ nauigabilia & ex ipsis exitus in mari amplus: cuius latitudo pedũ septuaginta fuit. Hunc cathenis cohibebant ferreis primũ quidẽ negociatoribus patens. In eo funes uarij ac densi ad cõtinendas rates. Interius uero insula in medio sita: & ipsa nõ mediocrib⁹ a stagno scopulis diuidebat̃. His naualia interiecta erant: quę uiginti supra ducẽtas naues cõtinerẽt. Horrea porro naualib⁹ sup̃imposita ad triremiũ apparatus. Columne ionicę duę singulis prominebãt nauiũ receptaculis in porticus similitudinẽ insulę aspectũ stagniq; referentes. Supra insulam naucleri tabernaculũ conditũ: ex quo tuba signũ dari solitum

Vrbes

Descriptio urbis carthaginensis.

Byrsa.

Receptacula in mœnibus urbis.

Nauclerus quem nos nauiculariũ dicimus.

& tubicen ꝓloqui cū opus foret: & nauclero undequaq; liber esset intuitus. Adiacebat insula iuxta exitum & extendebatur maxime: ex qua nauclerus uniuersa pelagi facile conspiceret. Adnauigātibus neutiq; interiorū aspectus q̄q̄ acute intuētibus patebat: neq; a negociatoribus statim naualia uideri poterant. Nam murus duplex illis prominebat: & ianuę quędā quę negociatores a primo portu in urbem nō ad naualia deferrent. In hunc modū carthaginensiū ciuitas eo tempore se habebat. At consules opus inter se partiti copias ī hostes mouent. Manlius a mediterraneis supra collū fossam repleturus ferebat᷑ ut breui murū q illi īminebat & ab illo altiora mœnia inuaderet. Censorin⁹ parte alia scalas e terra mari aduehebat ut āguli quę debiliora uiderēt᷑ mœnia occuparet: amboq; ueluti inter inermes pugnaturi crassabātur donec nuper armatis obuiantes inopina uiroꝝ multitudine deiecti repellunt᷑. Et hoc primū illis cōtigit urbē metu suscipere confisis. Cū autē denuo ad pugnā redijssent: denuoq; pellerent᷑/carthaginēses animos attollere cœperunt. Cōsules itaq; Hasdrubalē ueriti: qui post se haud magno interuallo supra stagnū castra habebat exercitus ambos uallo muniuit. Censorin⁹ prope stagnū ac sub ipsis mœnibus: Manlius supra collū ad uiam quę ī mediterraneis uergit insederāt. Munitis castris Censorinus ut ad cōficiendas machinas materiam quęreret ꝑ paludē uectus q̄ngentos ad id munus electos ingentemq; armorū copiā amisit Himilcone improuiso e carthagine occurrēte cui Phameas cognomen fuit. nō nulla tamē lignorū parte aduecta machinas scalasq; fabricatus est. Quibus pactis cōsules ambo ad oppugnandā iterū urbē rediere: uicissimq; ab insultu repulsi sunt. Manlius cū aliquantū operi incubuisset ac modicū quid munimēti deiecisset ab incepto desistere maluit. Censorin⁹ stagni particula prope çonam tellure obruta quo liberius insisteret binas machinas arietibus instructas ingentesq; appellere cœpit: hanc quidem pręcedentibus tribunis sex millia militum ducebant: alterā remiges pręfectis

Consules carthaginē oppugnant.

Repellunt᷑ consules.

Clades romanorū.

Himilco phameas

nauiũ hortantibus atq; impellentibus. Contentione igit ut in æquali ac parili opere inter minores primosq; uicissim exorta tandem murus ab imo corruit: interioraq; uideri cœpta sunt. Carthaginẽses ut illos ab ope auerterent quæcũq; p diem cecidisse uiderãt nocte reparabãt. Qua nõ sufficiẽte ad peragendũ opus cum ob id ipsũ timidiores effecti essent ueriti ne romani denuo urbi machinas afferrent ad hostiũ castra impetu ferunt quidã armis instructi: plurimi ĩermes lampades accẽsas manu quatientes sic ut magnã eorũ partẽ igne absumerẽt: nec tamen accurrentes romanos puenire licuit. Cæterũ ĩutilia multa relinquẽtes ĩ urbẽ reuertũt. Illucescẽte deinde die romani qua murus corruerat nõ dũ firmiter refectis mœnib⁹ inuadũt: urbẽq; ui ingredi conant. Campus enĩ interius ad pugnã accõmodus late patebat. In hoc carthaginẽses armatos primũ a fronte constituunt. Post eos uero inermes lignis lapidibusq; instructos: plurimos quoq; super ĩminentes domos collocarãt: qui hostes ingressos inuaderẽt. Romani ad pugnã magis incensi quasi ab inermibus despicerent audacius in eos ferebant. Scipio autem q post modicũ carthaginẽ uicit: ob eamq; rem africani cognomen meruit tribunus militũ ea tẽpestate maxime addubitare cœpit. Cohortes itaq; suas in plures partes distribuit: easq; ex interuallo in muro statuit: romanos quoq; ĩ urbem ire prohibebat. Exeuntes uero & ab hostibus impulsos: qui undiq; illis insurgebant recipiens ab impetu saluabat. Quæ res plurimum gloriæ sibi attulit cũ imperatore suo prudentius illis cõsuluisse uideret. Extat enim de hac re ipsius epistola. At Censorinus cum exercitũ infirme degentem supra stagnũ ĩmobile aquæq; dirioris ac mœnibus editis ad quæ a mari nullæ perflarent auræ diu tenuisset tandem in altũ se contraxerat: ibidemq; naues in anchoris habebat. Id cõspicati carthaginẽses cũ uẽtus flare cœpisset naues sarmẽtis ac stipulis refertas sub ipsa mœnia adducũt: deinde ignorantibus romanis in bellũ puocãt. Illi modicũ flectẽtes fere ĩ cõspectu aderãt cũ sulphur ac picẽ supra naues

Sollicitudo carthaginensium.

Laus minoris Africani.

effundũt. demũ uela uẽtis implẽtes ignẽ ſcaphis inijciũt: quę uenti uiolẽtia: & ignis impetu in romanoꝝ rates delatę ſubito incendũt: omniſq; pene claſſis uno momẽto cõflagrare cœpit. Non multo poſt Cenſorinus romam a comicia profectus eſt. Qua ex re carthaginenſes ſolito audacius Manlio inſultabant: nocte hi quidẽ armati/plurimi inermes aſſeres inuicẽ ferentes caſtroꝝ foſſis inijcere: alij uallũ aſcendere tentabant. Romanis igitur noctis timore ꝑterritis Scipio per eas portas: quę lõgius a prælio aberant cũ equitibus accurrit. Ab his carthaginẽſibus inuectus adeo cõterruit ut relictis caſtris in urbẽ denuo redire cogerent̃. Quo egregio facinore pacto ſecundo romanis ſalutẽ in nocte trepidantibus pręſtitiſſe Scipio uiſus eſt. Ea ex cauſa Manlius exercitum munire diligẽtius cœpit muro ante uallũ addito. Pręſidiũ pręterea uauale ad cõmeat⁹ curã a mari impoſuit. Ipſe ad mediterranea cõuerſus peditibus decem millibus: equitibus uero duobus millibus regionẽ depopulabat̃: ligna: pabulũ: cõmeatũ omnẽ in caſtra deferebat. Ducebãt autẽ continue eos qui frumentatũ mittebant̃ tribuni unus iuxta alium inſequentes. Verꝫ Phameas libycoꝝ pręfectus nuper etiam ob pugnã factus audacior cũ equis paruis & agilibus & gramine tantũmodo paſci ſolitis uteret̃ quibus famem aut ſitim pati cũ oporteat perfacile eſſet ĩ ſiluis deliteſcẽs ac cõuallibus inopine pabulãtes aggrediebat̃ romanos & ueluti aquila quędã inſultans ac ſubinde fugiens depredabat̃: Scipione autẽ deducente nuſq̃ cõparebat. Is enim pedites ĩ ordinẽ diſpoſitos: equiteſq; paratos ĩ promptu habebat. In metendo autẽ nõ prius ordines diſſolui patiebat̃ q̃ campũ ĩ quẽ eundũ eſſet occupaſſet: peditib⁹ equitibuſq; muniſſet: & ipſe cũ alijs equitũ cohortib⁹ pręſens aſtitiſſet. quippe q militũ quoſcunq; ex ordine aut circulo exeũtes grauit̃ punire ſolit⁹ eſſet. Itaq; Phameas cũ illo cõgredi neutiq; audebat. Qua ex re Scipiõis gloria dietim augebat̃. Quod cęteri intuẽtes tribuni ꝑ iuidiã illi detrahere q̃ſi amicitia ĩter Scipionẽ & Phameã uſq; ab auo ꝑſeuerãte nõ ceſſabãt.

Incendiũ romanorũ.

Alia Africani laus.

Phameas.

Equi barbarici.

Tribunorũ inuidia.

Libycis aũt ad oppida ac munitiões que plurime apud eos sũt cõfugiẽtibus reliqui tribuni p inducias exeuntes aggredi solebant. Scipio autẽ ad domos eorũ demittebat. Itaq; non prius se quisq̃ cõponere audebat q̃ Scipio accessisset / tãta illi uirtutis ac fidei opinio breui etiã apud hostes creuit. Redeuntibus igit a pabulatione romanis / carthaginẽses nauiũ custodiã inuaserãt. Clamor quoq; uarius ac multiplex in ciuitate audiebat ciuibus ad tumultũ conclamãtibus. Manlius cũ strepitus causam ignoraret / copias intra uallum cõtinebat. Scipio cohortes metu territas assumens accensis facibus preire iubet: neq; per noctem hostibus congredi. ceterũ cũ igne hinc inde discurrẽtes multitudinis speciẽ pre se ferre: metũq; aduersantib⁹ ĩcutere quoad carthaginenses duplici errore cõpulsi in urbẽ refugerũt: quod Scipionis probitati pariter ascriptum fuisse constat. Erat igitur omniũ in ore cũ quid strenue agẽdũ esset / q̃si solus Paulo patre: a quo macedonia uicta erat / solus Scipione: in cuius familiam translatus fuerat dignus esset. Manlio autẽ ad Nepherim cõtra Hasdrubalẽ proficiscẽte Scipio admodũ angebat animo cum per rupes ac cõualles & excelsa queq; iter faciendum esse uideret. Cum uero p tria stadia ab Hasdrubale abessent ac per fluuiũ quendã transitus ad eũ esset faciendus addubitare & de reditu cõsulere cœpit quasi alio tempore & ordine ĩ Hasdrubalem eundum esset. Ceteris autem tribunis per emulationẽ aduersantibus & molliciem eius non cõsilium esse dicentibus si in conspectu hostium cederent cum fugam arbitrati statim illis a tergo adessent iterum secundo eos monuit ut exercitum ante flumen sisterẽt / ut si forte pellerẽt tutos receptus habere possent. cũ fuge nullus illis aliunde supesset locus: quod dictũ risu ꝓsecuti sunt / quodã etiã ex tribunis ensem abijcere p irã minitante si non Manlius uez Scipio esset imperator. Transgressus est igit Manlius q̃q̃ ad bellũ neutiq; exptus esset: cui statim Hasdrubal ex aduerso occurrit. Cedes utrinq; magna

Opinio uirtutis & fidei.

Laus Scipionis.

Nepheris.

Salubre consilium.

Romanorũ strages.

Scipionis uirtus denuo laudata.

Notabile.

exoritur. Hasdrubal intra uallũ receptus nihil aduersi subire poterat. Solũ abeũtes operiebat romanos quos aggrederetur. Hos cũ errati sui pœniteret redire incipiũt. Cũ fluuio appro-pinquassent & in ordinẽ transire ob uadi angustiã asperitatẽq; non possent ex necessitate ordines confundere coguntur. Quod animaduertens Hasdrubal summa alacritate eos aggressus ple rosq; fœda strage cęcidit nullis inuicem sibi auxiliantibus & in fugam uersis. Ex tribunis tres occubuisse cõstat ex ijs qui ducẽ in primis ad prẹliũ hortati fuerãt. Scipio ad tercentos equites quos secum habuit cęteris additis quoscũq; in unum colligere potuit in duas diuisit acies: easq; in hostes emisit celeri cursu per partes iaculantes / Sic enim illis edictũ fuerat ut pars nunc incesseret: pars reuerteretur: & continue iacula emittentes se inuicem ueluti circulo quodã cõmutarent. Quod cũ illi assidue & sine interuallo facerent / libyci in eos conuersi in Scipionem ferebantur: ac discedẽtes romanos minus infestabãt: eoq; modo flumen trãsire pmittebãt cũ interim Scipio cõtinue adequitãs in eos depugnaret. Inter hęc quattuor romanorum cohortes belli principio ab hostibus diuisę: a fluuio ad tumulũ quẽdam con-fugerant quẽ Hasdrubal obsidere cœpit. Ea res priusq̃ i castra redirẽt romanos latuit: mox animaduersa uehemẽter terruit. Nõ nullis quidẽ fugiendũ uidebatur: nec uniuersos paucorum causa periculo subijcere. At Scipio manifeste eos docuit in in-choandis rebus cõsilio & prudentia uti oportere: periclitãtibus ut optimis uiris audacia & quidẽ admirabili utendũ esse. Ipse nõ nullis equitũ delectis cũ illis in castra redire: aut lęte cũ cę-teris occũbere uelle pollicitus duorum dierũ cibarijs assũptis iter peragit uniuersis de reditu eius desperãtibus. Cũ ad tumulũ in quo milites obsessi erãt peruenisset ascensũ quẽdã ante tumulũ pminẽtẽ cursu superat sic ut una dũtaxat uallis iter illũ & hostes intercederet. Tũc uero libyci obsessis acrius incũbere: inuicẽq; significare neutiq; Scipionẽ ob itineris difficultatẽ suis auxiliũ

afferre posse. At Scipio cũ primũ radices utriusq; tumuli uallemq; interiacentem contemplatus est nulla interposita mora per eam in hostes fertur. Qui statim ab utraq; parte circundati in fugam uertuntur. Sed cum suos numero excederent Scipio libere abire passus. Sic ille milites obsessos trepidantibus reliquis saluti reddidit. Quem ut cęteri a longe uenientem insperatumq; cũ socijs saluũ adesse uident ingenti uociferatione ac lęticia excepere uenientem deum quẽdam auxilium illi ferre rati: quem etiã Scipioni eius auo futura sępenumero annunciasse fama erat. Manlius igitur ad exercitũ urbi proximũ reuersus mulctam illis cõminatus est: qui Scipioni ĩ reductione copiarum parere neglexissent. Mœrentibus cunctis ob defunctorum funera potissimũ cum tribunos insepultos iacere permoleste ferrent: Scipio ex captiuis quendã liberari & ad Hasdrubalem mitti iussit: qui iusta illis persolui posceret. Ille corpora scrutatus ex annulorũ forma cum tribuni aureis reliqui uero ferreis uterẽtur annulis sepulturę tradidit: siue ꝙ humanum: cõmuneq; cum hostibus id esse crederet: siue ꝙ Scipionẽ iam tum ueritus potissimum obsequi illi cuperet. Romanis ab Hasdrubale redeuntibus Phameas ex ipsa clade conterritis occurrit: quos alia ex parte carthaginenses ciuitate egrediẽtes inuadunt: ac non nullos uasa ferentes interficiũt. Inter hęc senatus qui intelligerẽt: quiq; omniũ diligentissimã curã haberent in exercitũ mittunt. Quamobrem Manlius cęteriq; primores: tribuni ꝑterea deposita omni inuidia exercitusq; uniuersus ob res a Scipione felicissime gestas testimoniũ uirtutis eius reddiderunt. Legatis igitur romam reuersis cũ prudentiam eius retulissent: exercitumq; in illum inclinare palam dicerent Senatus admodum gauisus est. Sed pleraq; haud prospere euenisse cogitanti ad Massinisam legatos mittere uisum: qui illum hortarent̃ strenueq; ad bellũ in carthaginenses excitarẽt. Verꝫ ille senio ac ualitudine confectus iacebat: qua ex re a legatis

Victoria Scipionis.

Annuli aurei tribunis [illegible] ceteris ferrei

Attende Senatus diligentiam.

haud adiri potuit. Habebat autē is filios plures & quidem nothos: quibus multa impenderat. legitimos uero tres: cęterum ad opera male concordes. Qua ex re Scipionem ueteris cū illo atq; auo beniuolentię memor quasi regni ac filiorū consultorē futurū acersierat. Ad quem Scipio cum proficisceretur Massinisa paulo ante aduentum iam morti proximus filijs mandasse dicitur ut Scipioni obsequerentur. Ipsum enim inter eos compositurū omnia. Quibus dictis uita excessit uir ad omnia fortunatus ac felix cui regnū deus paternū a Syphace & carthaginensibus ereptū habere concessit: adeoq; extulit ut a Maurusijs qui ab oceano sunt ad cyreneos usq; in mediterraneis ꝓpagauerit imperiū. Mansuefecit & nationes plurimas numidarū pręcipue quę ob agriculturę negligentiam pabulo assueuerāt. Thesauros pecuniarū ingentes ac exercitū armis expertissimū reliquit. Inimicorū pręcipuū Syphacem manu sua cepit. Carthaginensiū pręterea cum romanis dissensionis auctor impotentes ad resistendū illis reddidit: a natura corpore eximio ac robusto usq; ad extremā fuit senectutē: pręlijs ad ultimū uitę diem operā impendit: equū sine ephippijs solitus inscendere. Maxime autē ī hoc fortitudinē ac uiuacitatē eius licet contemplari. Nam cū filios plures habuisset pluresq; amisisset ultima tamē senectute minores habuit: puerūq; quadriennē quē nonagenarius ipse cū cęteris reliquit. Hac igitˀ corporis habitudine & ętate pręditus Massinisa cessit e uita. Scipio post hęc filijs nothis plura cōtribuit: legitimis uero thesauros redditusq; cōcessit: ac regiū nomē ī cōmune habere uoluit: alia quoq; pro ut libuit inter illos ęque partitus est. Micipsę igitˀ natu maiori cui pacis studiū ī primis curę fuit Cyrtā urbē & quęcūq; regia in ea essent habere cōcessū. Gelosso militaribꝰ artibus edocto: qui secundus ab illo fuit, pacis belliq; potestas pariter tributa. Mastanabę qui minor natu fuerat & iusticię fauebat plurimū quę dubia inter populos forēt adiudicare datū. In hunc modū

Massinisę mors.
Massinisę felicitas.

Attende ephippia.

Massinisę filij.

Cyrta urbs.

Scipio regnum ac Massinissę substantiam inter filios diuisit. Gelossum in societatē belli secū duxit. Quo auctore Phameę insidias quibus romanos dietim affligebat potissimū auertit. Proficiscentibus aliquādo Scipione & Phamea per crepidinē quandam quę uastam in medio & inaccessibilem uallem contineret ita ut se inuicem aggredi nō possent ueritus Scipio ne quis anterius insidias apponeret pręcedens cū tribus duntaxat cuncta rimabat. Quod animaduertens Phameas cum unico ex suis processit obuiam. Ratus igitur Scipio illum quippiā loqui uelle unico & ipse comitatus accessit. Cum appropinquassent ut se inuicem audire possent (carthaginēses enim pręirat) cur inquit Scipio de salute tua nō cogitas: qui de cōmuni nō potes cogitare? At ille. Quę salus mihi futura est carthaginensiū rebus sic se habentibus: romanis autem tot mala a me perpessis? Tum Scipio polliceor inquit qui fidus & idoneus sum ueniā tibi apud romanos & gratiam non defuturam. At Phameas cū annuisset Dignissimū omniū te iudico inquit: & an possibile id sit haud quaq̄ te latere arbitror. Quibus dictis ambo recesserunt. Manlius cum ob cladem ab Hasdrubale acceptam uehementer erubesceret denuo ad nepherim mouit exercitū qnq; & decem dierum cibarijs assumptis. Cū loco appropinquasset castra posuit: uallumq; fossa muniuit. Sed cū nihil necessariū omitteret attamen expauescere ac trepidare uisus ne abeuntibus Hasdrubal a tergo insisteret. Cū in hoc trepidationis esset nuncius ex Gelossi exercitu epistolā Scipioni defert. Qua recepta sicut erat obsignata imperatori ostendit. Soluentes hęc interius scripta inueniūt. Hac ipsa die ego ad locū illū ueniam Tu cū quibus placuerit accedito & custodibus impera ut ad se uenientē noctu accipiāt. Erat autē sine nomine epistola & hęc solū cōtinebat: ex quo Scipioni uisū est eā a Phamea emissam esse. ob id Manlius de Scipionis salute dubitare cœpit ne qua fraus tegeret ab homine q̄ insidiarū omniū esset peritissimus.

Scipionis diligentia in omnibus.

Nota de epistolis.

Phameę accessus ad Scipionem.

Verba Phameę.

Hāno leucus

Magnū baratrum.

Calphurnius Piso successor Manlij.

Tandem mittere uisum est ut Phameę fiduciā ultro offerret: gratiā autē nullā impartiret: uerū quę honesta essent relaturū se & romanos facturos esse diceret. Sed neq; relatiōe opus fuit Cū primū enī Phameas in conspectū Scipionis uenit ꝓ salute sua satis illi fidere professus est gratias autē romanis linquere. Hęc fatus postera die se ad pugnam comparat ac cū cęteris ducibus in medium spacium profectus quasi consultationem facturus aliam sic ad eos inquit. Si patrię auxilium adhuc afferre licet paratus ad hoc uobiscum sum. Sin ita se habet ut nūc habet mihi quidem proprie saluti uidetᷣ consulendū. Fidem ipse cum pro me sumpsero & pro uobis qui mihi credideritis assumam. Tempus enim est quę cōuenientia sunt eligendi nobis. Hęc ille. Ex ducibus autē nō nulli cum ijs qui eos sequebātur statim defecerūt: fuereq; omnes ducēti supra duo mille equites. Hos & Hanno qui leucus cognominabatᷣ imitatus est. Redeunti igitur Scipioni exercitus cū Phamea occurrit: & ueluti triumphantē lętis clamoribus prosecuti sunt. Manlius pręter modum exhilaratus cum iter non amplius difficile arbitraretᷣ: nec Hasdrubalem metu territum ulterius uenturum putaret a tergo tandem ob necessitatē recedere compellitur. Septimam enim supra decimam agebat diem cum quintam ultra decimā cogitanti agere tribus in reditu diebus abeundū esset: famesq; patiēda. At Scipio assumptis Phamea & Gelosso cęterisq; sub eo militibus: non nullis porro italicorum pręmissis ad campū processit: quem magnū baratrū incolę appellant: ingentemq; uim frumēti & commeatus cum exercitu per noctem attulit. Sentiens deinde Manlius Calphurnium Pisonē successorē ad se ꝓficisci in magistratu Scipionē una cū Phamea romā mittit. Quod animaduertentes milites ad nauē concurrere: Scipionē laudibus extollere: & ut imperator ad eos ī libyam reuerteretᷣ optare q̄si solus carthaginem esset euersurus. Residuus enim adeo Scipio ille electus uidebatur cui gloria delendę urbis eius

deberet: quod plurimi ab exercitu domesticis suis romã perscripsere. Senatus igitur Scipione collaudato Phameam xenijs condonat plurimis: purpurea ueste & fibula aurea: equo phaleris ornato aureis & insignib⁹ uicissim armis. Ad hęc argenti drachmas decem mille & minas centum pariter argenti cõtulit: maiora quoq; dare pollicitus tabernaculũ & apparatũ illustrem addidit. Eo modo donis auctus atq; exornatus cum belli residuũ pro romanis spopondisset agere in libyam ad exercitum reuersus est. Iuit & Calphurnius una cõsul: & cũ eo Lucius Mancinus classis pręfectus: qui carthaginensibus & Hasdrubali minime cõgressi ciuitates circũibant. Hi cũ Aspidam terra mariq; oppugnantes obtinere non possent alteram haud longe ab ea sitam Piso cepit: diripuitq; hostiliter q̃q̃ ad foedera uenire postulantem. Ab hac ad Hippargetam proficiscitur urbem magnam: quę moenibus: arce: & portu: nec non naualibus insignis ab Agathocle Syracusanorum tyranno instructa media inter carthaginem: & uticam condita fuerat: cõmeatũq; ad romanos aduentantem mari depredabatur: qua ex re sũmas cõpararat diuitias. Itaq; Calphurnius q̃ primũ de ea se ulcisci statuit opesq; & lucrũ tollere. Aestatẽ deinde omnem immoratus cum nihil profecisset quippe bis excurrentes hippargetę carthaginẽsibus opem afferẽtibus machinas eius igne absumserant. Tandem repulsus uticam in hiberna redijt. Carthaginenses cum Hasdrubalis exercitum insuperabilem sibi adesse cernerent ac seipsos longe supiores ea pugna quę ad Hippargetã cũ Pisone habita fuerat animaduerterẽt: Bithiam pręterea quendã octingentis cũ equitibus a Gelosso ad eos concessisse: Micipsam & Mastanabam Massinisę filios, romanis illis arma pecuniasq; pollicẽtibus nihil assentiri uerũ cũctari & quę futura essent ꝓuidere uelle animis elati uniuersam libyã suscepturi ferebant. Multa itaq; enormia atq; nefanda hinc inde ꝑ urbes ĩ romanos ꝑdicãtes ad eorũ impotentiã cuncta referebãt.

Xenia Phameę tradita.

Lucius mancinus

Aspida urbs

Hippargeta urbs magna. a quo condita

Agathocles Syracusanorũ tyrannus.

Bithia

Carthaginensium uana fiducia.

His addebant quę bis cum illis contigissent q̄ turpiter ad hip/
pargeta & ad ipsam deniq; carthaginē sese habuissent: quam
p̄sidijs armisq; destitutā obtinere nequiuissent. Misere deinde
ad Micipsam & Mastanabam & eorum complices maurusios:
qui eos hortarētur edocerentq; romanos denuo illis bellū illa/
turos esse. Misere & ī macedoniam alios ad eum quem roma/
nis aduersantem Persei filium pleriq; credidere ad bellū inci/
tantes. Nō enim pecunias aut arma a carthaginēsibus illis de/
futura referebāt. Quippe iam armis instructi atq; ornati haud
minimū de se sentire uidebant: ueꝝ audacia & apparatu pau/
latim creuerant. Auctus erat & per partes Hasdrubal regioni
pręfectus ob Maulij errata: urbisq; principatum assumere fe/
stinans Hasdrubalem illi pręsidentem Gelossi consobrinū in
senatu conuicijs adorsus erat q̄si urbē Gelosso esset traditurus.
Quo sermone in medium prolato cum ille ut insperato uehe/
menter trepidaret ciues uerberibus eum affecere: subiecereq;
sedilibus. Romę autem nunciata Pisonis clade: cum carthagi/
nensium apparatus uicissim referrētur populus tristari cœpit
uehemēterq; trepidare. Crescente enī in dies bello quod om/
nium maximū ac difficillimū esset urbiq; finitimū nullū finē
expectabāt futurū. Itaq; Scipionis bella quę tribunus adhuc in
libya gessisset mente repetentes eaq; pręsentibus conferentes
rebus: & quę a domesticis olim habuissent ex eorū litteris una
recensentes Scipionē cōsulem facere instituūt: eumq; in libya
mittere cōtendunt: & iam comicia aderant. Scipioni uero con/
sulatū petere haud quaq̄ p ętatē sinebant leges. Itaq; ędilitatē
petere constituit. Veꝝ populus statim eum consulem effecit.
Quod cū inique factū uideretur consules illi legē protulerūt.
At ciues rogare: instare: demum clamare incipiunt ex Tullij
legibus ac Romuli populum comiciorū esse principē ac legū
quęcūq; ad ea pertinerent ita ut creare ac deponere quoscunq;
uelit fas illi sit. Tandem uno ex tribunis ꝓclamāte creationem

Pseudo Philippus.

Attende pœnam.

Comicia.

Scipioni p ętatē con/
sulatum petere non
licebat.

Fit consul Scipio.

a cõsulibus auferendã esse ni populo placeret. Senatus ut legẽ exoluant tribunis imperat: eamq; post annũ iterum rescribant queadmodũ lacedęmonij in opportunitate fecisse dicũt capti-uorũ infamiã circa pylũ euitantes ad misericordiã magis q̃ ad suppliciũ inclinantes legem. Per hunc modũ Scipio ędilitatẽ petens cõsul creatus est: atq; eius collega Drusus de libya post ipsũ sortiri iussit quoad unus tribunoꝝ in mediũ ꝑferre ausus est. Pręfecturę quoq; iudiciũ ad populũ spectare. Scipionẽ uero populus elegit. Datus est itaq; illi ex ordine exercit⁹ quãtus ante interfectorũ affuisset numeꝝ datum & uolentes quot ille suaderet e socijs educere: nec nõ a regibus & urbibus quot ipse probasset emittere licere populo romano epistolas ad eos sub-scribẽte: fuereq; quos ita acciperet a ciuitatibus & regibus. His itaq; dispositis in Siciliam primũ: Ex sicilia uero in uticã classe appulit. Interim Piso mediterranea obsidebat. At Mancinus partẽ muri carthaginis aggressus quę neglecta uidebat᷑: rupes quippe & asperę & inuię undiq; eminebant: cęteris quę pro-piora uidebãt᷑ destitutis & incultis scalas muro latenter appo-nit: urbemq; ꝑ insidias ingredi conatur: plerisq; militũ operã illi strenue nauantibus. Carthaginẽses spreta eorum paucitate portam quę ad rupes deferebat ultro referant ac celeri cursu in romanos feruntur. Romani econtra in illos conuersi fugientes ꝓsequũt᷑: unaq; cũ illis portã intrãt. Sublato undiq; clamore ut in uictoria mos est Mancinus ingenti alacritate ad eos decurrit cum alioq̃n leuis esset: ac citus. Cęteri subinde naues ingressi Mancinũ consequũtur: & ad mœnia delati clamore ac uocife-ratione nudi inermesq; bellãtur. Iam sol ad occasum uergebat cum muros oppugnarẽt. Necessarijs itaq; deficientibus Man-cinus nuncios ad Scipionẽ destinat: & uticensiũ primores ro-gat ut periclitanti sibi opem afferant: cibaria propere mittant. Et ille quidem exorta luce a carthaginensibus expulsus in dis-crimen facile adduci poterat. Scipio uespera uticam applicuit.

Potestas Scipioni concessa.

Perpropria pugna.

Mancini temeritas.

Circa mediam uero noctem quę Mancinus scriberet edidicit. Subito itaq; milites tuba ad pręliũ citari iubet. Porro quicunq; ex italia cũ eo mari accessissent a tubicine uocari. Adolescentes uticorũ qui p ętatẽ cõuectare possent cõmeatũ ad naues ferre. Captiuũ pręterea ex carthaginẽsibus soluens demisit qui annunciaret Scipionẽ Pisoni in auxiliũ uenire: equites alios sup alios ad Pisonẽ mittens: qui eum propere accersirent. Ipse postrema uigilia milites educit admonitis ipsis ut cum hostibus propinqui essent erecti supra stramenta utplurimũ illis facies ostenderẽt. His a Scipione constitutis Mancinus orta iam luce carthaginensibus undiq; insurgentibus quingentos milites: quos ĩ armis solos habuit duobus millib⁹ qui inermes extitere a fronte opposuit. Vulnerat⁹ igit̃ ab illis & expulsus sub ipsis muris deleri uidebat̃ cum Scipionis naues in alto uisę terribili impetu ĩ hostes aduentantes armatis undiq; extantib⁹ referrę. Carthaginenses ex captiuis certiores facti romanos insperato auxiliũ suis afferẽtes properare statim substitere. Cedentibus ipsis Scipio milites periculo iam proximos nauibus excepit ac Mancinũ subinde romã misit. Aduenerat enim illi successor ab urbe Serras classi p̃fectus. Ipse haud lõge a carthagine substitit. Carthaginenses ex muris per qnq; stadia ꝓgressi ulteri⁹ uallũ iaciunt: ipsiq; in eo cõstiterũt Hasdrubal regionis princeps & Bitias equitũ pręfectus peditũ sex millia: equites uero mille cura temporeq; ad bellum instructos deducentes. Scipio cum nullũ ordinẽ aut ornatũ militibus adesse cerneret ueꝝ ad inertiam: auariciã: rapinasq; sub Pisone assuetos ad deteriora quęq; procliues esse. multitudinẽ pręterea nundinatorum illis cõuenire qui prędę causa audacioribus se iubente nullo ad rapinas cõmiscerent: Cum lex militem ab auditu tubę longius distantẽ ĩ hostiũ referret numerũ. Quippe cũ eoꝝ errata exercitui ascribi soleant quęcũq; autẽ rapuissent alterius litis principiũ afferrent: multi nempe socios ob lucrum contemnentes

Sollicitudinẽ & diligentiam Scipionis attende.

Serras.

Lex militẽ ab auditu tubę distantẽ in hostium referebat numerum.

ad uulnera plagas & homicidia paulatim defluebant satis conscius neutiq̃ se hostes superare posse ni suis imperasset omnes in conciliũ uocari iussit. Ipse editiori loco cõstitutus his uerbis eos coarguisse dicit. Ego quidẽ o uiri dum sub Manlio imperatore uobiscũ militarem fidelitatis in uos meę experimentũ pręstiti: quam nũc imperator repeto: qui ad ultimũ usq̃ supplicium puniendi uos si minus parueritis potestatẽ habeo. utile tamẽ existimaui aliquid prefari. Nostis enĩ quę facitis & quę me dicere oporteat: quorũ erubesco. Latrocinamini potius q̃ militatis: & fugitis nõ castrametamini: & nundinantib⁹ lucri causa nõ obsidẽtibus estis similes: & delicias queritis pugnãtes non dũ uictores effecti. Quid quę hostiũ insperato & breui ex quo dereliqui in tantã creuere potentiã: & uobis labor ex facilitate dietim fit. Causas autẽ siquidẽ in uobis ipse discernerem statim punirẽ. Verũ quia alteri potius adscribo quę in pręsentem usq̃ diem gesta sunt a uobis pretermittam. Venio ego nõ latrocinaturus cęterũ uictor futurus: nec ut pecunias cumulem ante uictoriã: sed ut hostes prius superem. Abite ab exercitu omnes hodie quicunq̃ non militatis separatim ab ijs quos sub me manere institui. Abeuntes uero nequaquam redire uelim nisi si quis cõmeatum ferat: & hũc quidẽ militarẽ & exilem: quibus tempus diffinitũ adsit: in quo huiusmodi disponant. Venditionis autẽ eorũ & quęstor & ipse geremus curã. Et hęc militibus dicta sint. Vobis autẽ militantibus unũ adsit mãdatũ in omnibus cõmune operibus meus scilicet mos atq̃ labor. Ad hęc siquidem uos dirigẽtes neq̃ promptitudine egebitis neq̃ gratia carebitis. Oportet autẽ nos in ijs defatigari quibus inest periculũ: Lucrũ autẽ: ac delicias in aliud differre tempus. Hęc ego & lex iubet. Fideliter itaq̃ se habentibus multorũ retributionẽ afferent bonorũ: infidelibus uero pœnitentiã. Hęc fatus Scipio inutiliũ uirorũ turbam & quęcunq̃ supuacua: uana: ac delicijs referta inerant e medio sustulit. Purificato exercitu: &

Scipionis uerba ad milites.

Attende mandatũ.

De hoc meminit Valerius maximus.

ad disciplinā redacto cum promptus ad exequenda mādata ui-
deretur locum latenter aggressus est quem megara appellant:
insidijs bifariam appositis ꝑ noctē. Est autē in urbe locus satis

Megara.

amplus Megara: qui mœnib⁹ annectit̄. Ad hunc una ex parte
alios ex suis pręmittit. Ipse ex altera cum securibus scalis ac ue-
ctibus ꝑ uiginti stadia ingenti silentio ꝓcessit: ꝑceptis desuper
qua maxime proxim⁹ erat insidijs: uoceq; e muris reddita ipse
econtra primus & cum eo reliquus exercitus cœpit reclamare.

Attende.

Qui autē ab altera parte constiterāt uehemētius extulere uocē
adeo ut carthaginēses q̄ primū terrerentur tot hostibus subito
illis noctu in lateribus undiq; assistentibus. Circa muros uero
q̄q̄ diligentissime cuncta rimaret̄ nihil perfecit. Erat forte pri-

Turris.

uati cuiusdā turris ac destituta extra muros: cui⁹ altitudo mœ-
nia ęquabat. Per hanc adolescēs quidam audacter euectus est.
Ab hac ad muros emissis hastis per interuallum ligna asseresq;
apposuere: per quę ad murū decurrentes ad megara uenerūt.
Inde perfractis portis Scipionem receperūt. Ille cum quattuor

Ingreditur Scipio carthaginem.

millibus ingressus est: ac statim fuga ueluti reliqua occupata
urbe a carthaginensibus citissime in Byrsam facta: uoxq; mul-
tiplex audita clamantiū ac non nullorū captiuitas: & tumultus
fieri cœptus est sic ut foris castrametantes relicto uallo una cū
cęteris ī Byrsam se conferrēt. Scipio cū megarę locū angustio-
rem intueret̄ arboribus umbrosis oblitū: rubis pręterea ac ue-
pribus & riuis aquę profūdioribus uarijs difficilibusq; repletū
esse uereri cœpit ne exercitui insequenti inuiū ac difficile iter
redderet̄ potissime cum per ignota cōmeandū foret si quę no-

Regressus Scipionis.

ctu insidię adessent. subito itaq; regredi instituit. Cū uero illu-
xisset dies/ Hasdrubal megara a romanis occupata ꝑmoleste fe-

Hasdrubalis crudelitas in romanos.

rens captiuos omnes: quos ex illis ceperat supra murū statuit
eo uidelicet loci quo maxime a suis uideri possēt: ibidēq; uarijs
affecit supplicijs. Nā eoꝝ aut oculos aut linguas aut neruos aut
pudenda uncis ademit ferreis: nō nullis soleas erasit: digitosq;

abscidit aut reliquã corporis cutem sustulit: & spirantes adhuc e muris appendit omnes quo carthaginẽses in romanos ppetuo irritaret odio: solamq; in bello salutẽ spes illis anteferret: uerꝫ aliter ac putarat euenit. Nam his perceptis carthaginẽses operum prauitate deterriti ex audacibus timidi effecti sunt: & Hasdrubalem ueluti salutis uiam eis precludentem odere coeperunt: Precipue autẽ senatores illi acclamare: & ut crudelia ac superba meditantẽ inter tot domesticas clades increpare nõ cessabant: qua ex causa nõ nullos senatoꝝ aggressus occidit: ob idq; inter omnes formidabilior effectus ad tyrannidẽ magis q̃ ad imperiũ aspirare uidebat̃ quasi in hoc dũtaxat stabilitatem habiturus si a multis timeret̃. ppter que incõmunicabilis apud omnes haberi coepit. Scipio hostile uallum quod ĩ arce primũ fugiẽtes reliquere succẽdit. Isthmũ autẽ omnem circũcapiens a mari usq; ad mare fossa uallauit per sagitte iactum distans ab hostibus: quod opus p qnq; & uiginti stadia produxit a fronte cum cõtinue foderet atq; pugnaret. Perfecto opere alterã pariter eduxit fossam haud multũ a prima illa distantem que ad mediterranea spectaret. Duas preterea prioribus psimiles illis addidit ita ut quadranguli formã uniuersum opus uideret̃ obtinere. Has sudibus undiq; acutis premuniuit lignis in crucem ductis. reliquas porro firmauit muniuitq; uallo: e quibus intra urbem esset intuitus: & p quinq; ac uiginti stadia muro sepsit: cuius altitudo exceptis propugnaculis ac turribus que muro adiacebãt duodecim pedes supergressa est. Profunditas supra dimidium altitudinẽ excelluit. In medio turris editior fundata fuit: & supra ipsam propugnaculum e ligno quadrangulum: ex quo uniuersa que fieret in urbe facile perspiceret. Hec per uiginti dies totidemq; noctes facta sunt laborante exercitu & puices operante atq; pugnante: neq; cibo aut somno indulgente admodũ. Quo facto intra uallum exercitum deduxit: fuitq; ea pariter & militũ castrametatio: & in hostes circũsessio ĩ spaciũ

Obsidio carthaginis a Scipione.

Propugnaculus

deducta: in qua residens ipse cōmeatū omnem qui a terra fe-rebat carthaginensibus adimeret: Cum excepto duntaxat su-periori collo cętera carthaginēsiū introclusa essent: & ex inde fames ac maloꝝ causa sumpsit initiū. Nā multitudine ex agris in urbem confluente: neq; egrediētibus ullis ꝓpter obsidionē neq; negociatoribus ob bellū ad eos cōmeantibus cum solū ex libya: & id modicum supesset cōmeatus: minimū etiā ex mari cum tranquillū esset ueheret: quem autē a terra capiebāt ma-ximo periculo laboreq; ꝑciperent fames uehementius urgere cœpit. Erat Bithias quidam pręfectus equitū apud illos. Is cū ad ferendū cōmeatum iampridē missus: neq; clanculum acce-dere: neq; Scipionis uallum superare ui posset cōmeatū a lon-ge circūuectum scaphis quibusdam paruis imponebat. Insur-gentibus autē urbi Scipionis nauibus: neq; continue ac cōiun-ctim subsistere ualentibus iuxta urbē ipsam ob undaꝝ fluxus: & scopulis refertū mare carthaginensibus potissimū in muris consistentibus: & undarum impetu e petris cōcutiente naues bithię onera: & quęcunq; negociatores lucri causa cōtulissent uim uenti e pelago expectantes tensis uelis in portū ferebant triremibus minores rates ob celeritatē ueli neutiq; haud quāq prohibere aut assequi potentibus: Veꝝ & id modicū erat: nec nisi uehementiore uento e mari subuectari poterat. Quicquid ꝑterea id esset Hasdrubal triginta millibus quos bello elegerat cōtemptis reliquis solis diuidebat qua ex re fames acrius pre-mebat urbem. Id cum animaduerteret Scipio nauigationē quę a portu ad occidentem uergit: nec multum distat a continenti inhibere statuit. Aggerem itaq; in mari perlongū cepit a çona quę stagni ī medio marisq; constituta lingua dicebat. Progres-sus deinde in pelagus & ad exitū usq; dirrecto aggere saxis in-gentibꝰ densisq; firmauit ne alluuie undaꝝ solueret opus. Fuit autē latitudo aggeris a superiori parte quattuor & uiginti pe-dum: In profundū uero per quadruplum innixa fundamēto.

Bithias.

Obstruit Scipio car-thaginēsium naui-gationem.

Lingua

Carthaginēsibus quidem a principio irrisio quędam fuit eius operis quasi ī longū ac multo uix tempore habituri finem: ac ꝙ uix perfici posset. Incumbente mox exercitu uniuerso: neq; dies aut noctes ab opere cessante ob rei magnitudinē admiratio in timorem uersa est. Itaq; orificiū aliud e contraria portus regione meditati pelagi in medio qua nullam molem ob profunditatē uiolentiamq; uentorū educi confidebant effoderant mulieribus ac pueris una laborantibus. Incepere autē interius ac admodū latēter: & simul naues ex uetere materia: triremes quinqueremesq; formarunt nihil promptitudinis aut audacie omittentes: adeoq; omnia occulta tenuere: ut ne captiui quidē Scipioni quicq̄ de hac re manifeste fari possent: Cęteꝝ strepitum perpetem intra portū diu noctuq; se audisse dicerent: cui autē utilitati id esset nequaq̄ intelligere: quoad omnibus ī unū comparatis carthaginenses ex orientis parte aperuere portum ac nauibus q̄nquaginta triremibus q̄nqueremibusq; instructi celoces myoparones aliasq; q̄ plures minores educentes rates horrendā explicauere aciem. Romanos uero & os portus subito apertū & classis in ipso exitu celere emissa adeo conterruit ut si carthaginenses eoꝝ naues propere aggressi essent cum illi ueluti obsidentes incuriose degerēt nullis aut nautis aut remigibus eo tempore assistētibus facile eoꝝ classem delere potuissent. Veꝝ carthaginem a romanis capi necesse erat. Tunc igit̃ ut se ostentarent tantūmodo mouere classem: ac superbe hinc inde discurrentes in portum reduxerūt. Tertia post hac die ad pugnam constiterunt. Romani naues cęteraq; disponētes illis occurrere. Clamore igit̃ ac uociferatione ab utraq; parte uehementer editis cum remigū ac gubernatorū promptitudo militumq; audacia ubiq; emineret: & in hac dūtaxat pugna & carthaginensium salus & romanorū uictoria pendere uideretur: continue per diem plagę uulneraq; multipliciter inter utrosq;

Carthaginensium magnanimitas.

Necesse carthaginem capi.

Pugna naualis.

facta sunt. Pugnantibus illis plereq; libycoꝝ rates: quę forma inferiores scaphę appellantur romanorũ nauibus maioribus inuectę ac submissius illis discurrẽtes proras infestabant: gubernacula remosq; abscindebant: aliaq; proterue in eos factitabant ob fugiendi promptitudinem celeritatemq; redeundi quoad die in uesperam uergente carthaginensibus retrocedere uisum est/ non ꝙ pręlio cessissent sed ut i sequenti die feruentius se ad pugnam compararent. Qua ex re minores rates in fugam uersę nauigandi promptitudine seipsas implicantes aditum clausere portus. Ob id a maioribus subito pręuentę cũ ꝓgredi nõ possent aggerẽ petiere fuga. Ibi locus ante mœnia

Negociatorũ locus.

haud angustus fuit: in quo negociatores onera deponerent: uerũ ingruente bello super ĩminentibus muris in breuiorem redactus formã ne in amplo aliquãdo morarentur hostes. Ob portus igitur inopiam ad aggerem delatę carthaginẽsium rates cõuerso impetu romanos infestabant: ac hostes circũnauigantes hi quidẽ a ratibus: nõ nulli ab aggere: alij autẽ e muro depugnabant. Romanis uero & nauigatio leuis erat & pugna perfacilis consistentibus illis. Cum autẽ retrocederẽt ob nauiũ conuersionem quo maiores erant eo grauiores: difficilioresq; reddebant̃/sic ut illis similia sępe paterent̃. Cum enim se conuerterent a carthaginensibus statim hinc inde discurrentibus

Naues Sidetorum.

ferro petebant̃ quoad quinq; Sidetorũ naues quę ob Scipionis beniuolentiam eum sequebant̃ hoc modo cœpere pugnã. Ex ingenti quippe interuallo anchoras mari inijciebant inde longissimis funibus annexę in hostes ferebãtur. Cum autẽ se illis miscuissent iterũ funes prosecutę: & ĩ puppes cõuersę ad suos remeabant: demũ rostro prouectę in hostes iterũ per puppes retro trahebantur. Quod cum a cęteris perspectũ esset milites Sidetorũ morem imitati facillime insequentes hostes repellebant. Id pręliũ nocte intermissum est. Carthaginensiũ naues

quotquot reliquę illis superfuerāt arrepta fuga urbē repetūt.
Scipio exorta luce aggerem aggressus cū debile admodū esset
munimētū quod portui īminebat arietib⁹ machinisq; adhibi-
tis partē deiecit muri. Carthaginēses q̄q̄ fame multiplicibusq;
affligerēt malis nocte mœnibus erumpunt: romano℞ machi-

Nota desperationē.

nas inuadunt: nō terra quidē progressi cum nulla adesset uia:
neq; nauibus cū mare omni ex parte teneret: ue℞ nudi facibus
extinctis/ ne a longe uiderent aut pręueniri possent eo modo
mare ingressi quidam ad ubera funibus incincti: quidā nantes
pertransibant: inde ad romano℞ machinas delati ignem susci-
tant. Cumq; omnibus cōspicui iam essent utpote nudi multis
affligebantur plagis: multos & ipsi uulnerabant audacia fręti.
Fuere ex omnibus qui telo℞ ac ensium mucrones ī pectoribus
ferentes ac uultibus a pugna nō cessarent in modum ferarum
inter uulnera ruentes quoad machinas succendere igne ac ro-
manos pepulere. Turbatis omnibus ex insultu strepituq; qui
p uniuersum effundebatur exercitū cū trepidatio qualis antea
nunq̄ fuisset depugnātibus nudis Scipio turbatus equo accur-

Scipionis uirtus.

rit: suosq; nisi a fuga sisterēt humi posterni: stratosq; iussit in-
terfici: qua ex re plurimi ī exercitu ex necessitate saluati sunt:
ac perpetem noctem armati peregerunt insultum ac despera-
tionem ueriti hostiū. Illi succensis machinis subinde ī urbem
sese referunt. Orta luce carthaginēses cum ab hostibus nō am-
plius infestarent machinis murū qui ceciderat denuo reficiūt:
turresq; super ipsum q̄ plures ex interuallo edificant. Romani
alias interim erexere machinas: aggeremq; ex aduerso turrib⁹
instituūt: faces pręterea ex sulfure piceq; cōponentes ī hostes
emittūt. Cumq; nō nullas succendissent turres fugiētes hostes

Contentio inter roma-
nos & carthaginēses.

subinde psequunt. Ve℞ cruore ac limo madefacta tellus haud
instabiles sustinebat gressus: qua ex causa ab insecutione spōte

Obsidio difficilior.

temperabāt. Scipio aggerem adeptus omnē fossa circūsepsit: murumq ex lapidibus eduxit: neq finitimum hostibus: neq longo ab illis distantē interuallo. Cum autē fossam murumq erexisset, quattuor millia militum in eo statuit qui hostes depugnantes neq iacula aut sagittas multifacerent. At illi ex aduerso cōsistentes e muro propellebant. Eoq modo ęstas inter utrosq cōsumpta est. Incipiente hyeme Scipio cum plurimos illa in regione carthaginēsibus fauere: & auxilia ab ijs sūmitti uideret, q̄ primum eos delere statuit. Misit itaq hinc inde ad illos q̄ plures ex suis. Ipse Nepherim uersus in Diogenem qui Hasdrubali fauebat per stagnum profectus. C. Lelium terrestri itinere iubet. Cum Diogeni ad duo stadia proximus esset castra disponit: relictoque ibidem Gelosso qui Diogeni obsisteret ipse carthaginem reuersus est: ac modo ad nepherim: modo ad carthaginem quę fierent cuncta perspiciēs uertebat gressus. Turribus duabus ad nepherim ī medio collapsus Scipio applicuit: ac mille electos milites Diogeni a tergo in insidijs locat tribus millibus a fronte cōstitutis: cum quibus & ipse qua turres ruina prociderant ascensum capit non multitudine stipatus: uerū per partes ac cuneatim deducēs agmina ne priores ui deiecti subsequentibus alijs in fugam abire possent. Cū clamore ac strepitu cuncta resonarent libycis in pugnam concurrentibus cęteri: qui a tergo instabant quemadmodum imperatū illis erat aduertente nemine aut id suspicante uallo insiliunt: ac statim qui interius aderant libyci percepta re in fugam abeunt cū multo plures q̄ quos inspicerent arbitrarentur adesse hostes. Gelossus altera ex parte numidarū multitudine & elephantis comitatus in eos fertur: plurimosq fœda nece ꝓsternit. Ad septuaginta enī millia hominū cū inutilibus cęsa dicunt: decem millia capta: ad quattuor millia fuga euasisse.

Diogenes (manuscript)

Caius Lelius.

Stratagema.

Ingens uictoria.

Capta est ab exercitu Nepheris post duos & uiginti dies ex quo obsideri cœpit a Scipione cum hyemis tempore ī algenti regione multa grauiter ꝑpessus esset: quę res potissimū illum ad capiendam carthaginem uidetur erexisse. Nam exercitus cōmeatum hostibus ademerat: & in castris aduentantes libyci fiduciam prestabant. Tunc autem eo suscipiente & reliqua libyę loca in militum suorū uenere potestatem: quę haud difficulter suscepta sunt. Et iam cōmeatus carthaginēsibus deesse cœperat: & nihil ex libya: quę iam alterius ditionis erat: aut aliunde nauibus conuectari poterat ob bellum ipsum ac temporis stationem cum hyems esset. Oriente uere Scipio byrsam aggredi: & portū qui Cotoni dicit̄ expugnare instituit. Quod presentiens Hasdrubal noctu partē Cotoni quę quadrangula erat succendit igne ratus Scipionem subinde inuadere. Verū conuersos in bellum carthaginenses Lelius a tergo latuit: qui per ambitum cotoni circumuectus altera ex parte in eos ferebatur. Sublato clamore (ut in uictoria mos est) nō nulli trepidare: quidam spretis hostibus ascensum ui petere contendunt ligna: machinas: asseresq; ꝑ interualla statuētes. Verꝫ nō idem uirīū aut animi custodibus aderat, corporibus fame languentibus. Itaq; ab impetu statim defecerunt. Capto circa cotonum muro cōmeatum prope existentem Scipio intercepit. Vespera ingruente cum bello fatigatus nihil amplius moliri posset cum omnibus pernox in armis constitit. Illucescente die alios denuo armatos ad quattuor millia numero acersit. Hi templū Apollinis ingressi eius statuam: quę ex auro fuit: templū auro illitū mille talētoꝝ pondere inuadūt. Porro securibus aggressi predā militib⁹ diuisere q una aderāt: deinde ad opus redeunt. Scipioni byrsam q̄primū inuadere mens fuit. Nā is munitissimus totius urbis locus erat: multiq; ī eū cōfugerāt. Tribus autē

Carthaginensium fames ultima.

Cotoni

Amissio Cotoni.

Templū Apollinis. ubi statua aurea

Expugnatio miseranda carthaginis.

itineribus a foro i byrsam puehentibus cū frequentes adessent dom⁹ ac tectoꝝ undequaqꝫ domicilia pēderēt ab extra/ romani primis edificijs solo ęquatis loca capiūt ab ijs ad finitiuas transeuntes ędes. Cū illis quoqꝫ potiti essent ligna asseresqꝫ ꝑ angiportuū interualla iaciunt: deinde i his ueluti ꝑ pontes gressus dirigūt. Erat igit̄ atrox pręliū: alteꝝ cū ijs q̄ superius īminebāt tectis: alterū cū ijs qui inferius per uicos ferebant̄. Inde suspiria gemitus uocesqꝫ resonabant: uarięqꝫ cędes passim iacentiū repleuerant omnia: cum quidam inter manus cęsi: quidam uiuentes adhuc/ a tectis pręcipites i terram lapsi inter gladios & erecta pila figerentur. Nemo tamen ignem immittere ausus ꝓpter eos qui tectis insidebant quoad Scipio byrsam ingressus est. Tunc uero tribus itineribus palam diffusum est incendiū: ac cōtinue quod igne cremabat̄ ulterius iter aperire ac diffūdi in maius iubebat Scipio quo facilius per uicos discurrens liber ꝑmearet miles. uerū ex hoc atrocior mali prodibat facies. Igne etenim cuncta ꝑuastante: & i latū fundente uires cū ciuiū domos cōtiguę inter se forent ignē auertentes sponte dirruebāt: ex quo strepitus multo maior audiebat̄ in urbe cum una cum lapidibus frequentes in medio corruerent mortui: uiuentesqꝫ senes maxime mulieres atqꝫ pueri quicūqꝫ intra ędium penetralia compulsi pauore latitabant: & hi partim uulneribus oppleti: partim semiambusti miserandas emittebant uoces: Alij ab imensa altitudine delapsi inter lapides lignaqꝫ cadētia igne torridi & in uarias procidentes formas mēbratim spargebant̄: neqꝫ tamē finis mali in his erat. Fabri quippe & quicūqꝫ securibus: & dolabris exercitui iter faciunt iacētes teloꝝ mucronibus auulsos quosdam defunctos: quosdā etiā uiuētes in quęqꝫ telluris cōcaua ut lapides lignaqꝫ proijciebant attrahētes potius q̄ uoluētes ferro. Erant autem fossarum replementa homines

Atrox incendium.

Spectaculū horrendū

& hi quidē in caput ꝓuoluti eminentibus supra terrā palpitabant cruribus: alij pedibus īmersi extantia ꝓferebant ora: quibus equi subinde discurrētes collisis capitibus facies cerebrūq; ꝓterebāt: nō sponte quidē, cū ob festinantiā fabri inhumatos reliqssent. Et iam bellici laboris finis ac uictorię gloria adesse uidebant: & militū sollicitudo ac tubicines undiq; strepentes tumultū cōcitabāt. Tribuni porro & delecti ex omnib9 p ordines diuisi ac discurrētes cōtinue urbē ingrediebāt ob festinantiam quęcunq; illis occurrissent haud multifaciētes: quod per sex dies totidemq; noctes uastātes urbem effecere. Permutatis interim ordinib9 ne perpete uigilia aut labore occisione ue aut aspectu rerū horrendarū defatigarent milites. Assistente pręterea Scipione imperatore: & plerūq; omisso somno hinc inde discurrente: ac uix cibū ullum capiente quoad labore defessus ī edito consedit quę gesta fuerant ex ordine discernens omnia. Vastatis plurimis cum abunde mali ab illis peractum uideret septima die nō nulli ad eum coronati perfugere Esculapij ritu serta sustinentes. Erat autē eius in arce templū pręceteris illustre atq; opulentissimū: ex quo supplicationes afferentes Scipionē rogare incipiūt, ut ijs qui e byrsa excedere instituissent salutē indulgere uellet: quod ille exceptis trāsfugis cōcessurū se pollicitus est: statimq; ad qnquaginta millia uiroꝝ simul ac mulierū e byrsa excesserūt: reseratis muri angustijs quas iussit custodiri. Quicūq; autē romanoꝝ transfugę qui ferme noningenti fuerant desperata uenia in Esculapij templum cōfugere omnes cū Hasdrubale & uxore duobusq; filijs ex ea uirilis stirpis: & ab illo q̄q̄ pauci essent ob altitudinē templi asperitatēq; rupis promptissime pugnabant. Citra pacem tamen per gradus sexaginta ab eo descenderunt. Sed cum fames: uigilia: pauor: laborq; ac mali propinquitas eos domuisset, templo cedentes intra penetralia eius ac pinaculum ascendūt. Inter hos

Scipionis perseuerātia in adipiscenda urbe.

Templum Esculapij in arce carthaginis.

Legati deditionis.

Transfugarum desperatio.

Hasdrubalis fuga ad Scipionem.
Scipio Hasdrubalem ad pedes eius sedere iubet.
Mulieris probitatem attende.

delitescens Hasdrubal clam ad Scipionē supplex fugit: quem Scipio ad pedes eius sedere iussit: ac subinde transfugis uidendum obtulit. Hi Hasdrubalem intuentes silentium sibi impendi postulant. Quo impetrato eum maxime uarieq; criminantes templum immisso igne succendūt. Hasdrubalis uxorē memorie proditū est cum ignem īmisissent ex aduerso factam exornasse se quantū p erumnas licuit. Dein filijs ante se cōstitutis in Scipionem audientem hęc dixisse. Nulla tibi indignatio est o romane ex quo me hostem circumsides Hasdrubalem hunc patrię: templorū: mei quoq; ac filiorū proditorē fortunę carthaginensiū adiuuent: & tu una cum illis? Deinde in Hasdrubalē cōuersam exclamasse. O funeste infidelissime & mollissime uirorum omniū me quidem ac filios meos hic ignis absumet. Tu autē quod triūphū pręfers q magnę carthaginis dux aliquando fueris cur nō pœnas pendes huic cum quo assides? Et hęc elocutam filios interfecisse ambos: & se cū illis in ignē coniecisse. Creditum est tamē Hasdrubalem quemadmodum uxor illi consuluerat oppetijsse mortem. At uero Scipionē cū urbem intueretur p septingentos annos ex quo condita olim fuerat florentē rebus omnibus: quę tantū terrę: insularū marisq; tenuisset: nauibus pręterea armis & diuitijs nulli priscorum imperio cessisset: audacia & promptitudine longe superasset: demū pręsidijs ademptis per tres assidue depugnantem annos fame belloq; profligatam ad extremū uenisse excidiū illachrymasse ferūt: ac palam hoc fletu ī hostes ostēdisse se satis intelligere atq; dignoscere quoniā urbes ac natiōes: regnaq; omnia non secus ac hominis fortunā uariari necesse sit atq; interire. Id enī passa est Ilion maxima aliquādo ciuitas: Assyriorū pręterea medorum ac persarū regna cum ad summū peruenissent uicissim pertulere: Quod fortunę ludibriū etiā in macedones maxime enituit. Itaq; seu cōsulto seu temere Homericū illud

Anni carthaginis 700

Carthaginis excidiū a romanis p tres annos.
Illachrymat Scipio.

Ilion ciuitas.
Troia prouincia.

protulisse aiunt. Iamq; dies aderit quo cõcidat Ilion ingens: Et Priamus Priamiq; ruat plebs armipotentis. Polybio autẽ satis fidenter atq; amice ab illo sciscitante (Erat enĩ illi studiorũ comes: ac pceptor) quid huiusmodi sibi uellet carmen / nõ aliud respõdit q̃ romã: p qua pensitatis humanis casibus pmaxime addubitaret animo. Hęc enĩ Polybius ab illo se audisse meminit. Scipio ex quo carthago euersa est nõ nullos post dies exercitui prędã omnẽ preterq̃ aurũ & argentũ ac insignes statuas dirripere cõcessit. Plurima deinde prẽmia inter milites partit? exceptis ijs qui Apollinis tẽplo intulere manus. Nauem cursu celerem spolijs ornauit: nunciũq; uictorię cũ illa romã misit. Pari modo & in siciliam demisit alias ut quęcunq; illustria carthaginẽses illis abstulissent cum in bello una cum romanis militarent repetentes domũ ueherent: Quę res plurimũ beniuolentię sibi attulit cum potentię humanitatem adiunctã intuerent homines. Prędam deinde partitus ex ęquo arma: machinas & inutiles naues Marti & Palladi / discinctus ipse more patrio combussit. Qui autem romę fuerant inclinante iam sole nauem intuentes uictorię certiores facti ad cantus prodeunt: puigiles quoq; per noctem inter se complexi lętiq; morabant quasi tum primũ a pauore liberi: tũ primũ principes effecti: tum primũ urbem indubie tenentes ac uictoriam adepti qualẽ antea nullus esset consecutus. Multa eorũ uirtutis ornamenta pręclara recenseri: multa a maioribus suis in macedones: hiberos: & Antiochũ cognomine magnũ: Deniq; per italiam omnem facinora gesta esse gloriosa. Bellum nullũ adeo finitimũ ac formidandum ĩ ipsis portis se uidisse unq̃ ob hostiũ fortitudinem: prudentiam: atq; audaciam. deniq; ob infidelitatẽ perniciosius extitisse fatebãt. Quę deinde a carthaginẽsibus passi essent repetebãt ĩ sicilia & hiberia: deinde ĩ italia p sex & decẽ annos ducẽte Hannibale / quadringentis urbibus igne absumptis: tercentis millibus hominũ aut amplius bello interemptis

Homeri carmen.

Polybius. *Scipionis preceptor*

Prędę diuisio.

Scipio nunciũ uictorię romam & in siciliam mittit. Siculi sua consequuntur.

Lęticia publica romę.

*Quot urbes hannibal romanorum [illegible]*

Attende.

*Calamitates ab hannibale in italia*

cum urbem sepe aggressus in ultimum posuisset discrimen. Que omnia mente recensentes ad uictorie incredulitate demu trahebantur: & se inuicem de his percontabantur an carthago re ipsa euersa esset. Postremo p tota cofabulant nocte quomodo ab illis arma sublata essent: quomodo & alia preter opinione essent fabricati: quomodo naues omnes abstulisset: & classem tam ingentem ex ueteri materia denuo fecissent: queadmodu portus exitu clausissent romani: ipsi uero alia ex parte paucis diebus nouu perfodissent. Plurimus tamen inter eos de altitudine moeniu: & lapidum magnitudine sermo erat queadmodum ignem pleruq machinis intulissent hostes. Postremo qsi prelio quod nuper gestum erat & ipsi affuissent se inuice formabant: & in reru memoriam gestaru motus corporis inanes effingebant: Scipionem nunc in scalis: nunc in moenibus: in portis deniq ac prelijs omnibus accurretem putantes intueri. In hunc modu romani noctem perpetem: insomnemq ducebant. Orta mox luce sacrificia: pompeq solemnes dijs immortalibus p ciues facte. Agones deinde ac uaria spectacula omnifariam ludor edita. Decem postremo optimos ex romanis senatus elegit: qui libya inuiserent: eamq cu Scipione ad rei.p. utilitatem ac comoda coponeret: & si quid carthaginis superesset adhuc ab eodem demoliri iuberent: nulliq ulterius in ea incolatu dari sineret. Maxime aute in byrsam assurrexere omnes: & ea que Megara appellatur. Ingredi aute nequaq uetuerunt. Quascunq ciuitates que hostibus eo prelio auxilia dedissent euertedas. Que uero romanis paruissent regione donandas esse decernunt: & primu quide Vticensibus carthaginem & Hipponam usq altera ex parte tribuendos agros. Reliquis uectigalia imposita sunt, agris uidelicet eorum ac corporibus uirorum mulierumq. Pretorem quoq e roma quotannis illis mittere decretum. His ita constitutis romam rediere. Scipio que sibi agenda uidebantur sacrificijs: spectaculisq peractis

Proprie de populari uanitate.

Decem uiri a Senatu electi ad coponenda in libya cu Scipione rei.p.commoda.

Byrsa destruitur: & Megara.

Vticensibus uictorie premia tributa.

romam naue deuectus splendidissimum omniū : ac plurimo insignem auro duxit triumphū statuis monumentisq; refertū quę ex omni terrarum orbe continuis uictorijs plurimo tempore carthaginenses libyę intulerant. Fuit autē is cum capto pseudo Philippo puirili tertius e macedonibus triumphus ductus est e gręcis sub Memmio prim⁹ olympiade sexagesima supra centesimam. Procedente mox tempore cū Caius Gracchus tribunatum plebis romę gereret coorta seditione ex inopia uisum est ad sex mille colonos sorte ductos in libyam mittere. Verum designatis mœnibus circa urbem lupi fundamenta iam cœpta dissipasse: euertisseq; dicūt: Qua ex causa Senatui ab ędificatione cōtinere placuit. Posterius uero. C. cęsarem qui dictator ex uictoria creatus est Pompeium ī ęgyptū: ac deinde amicos eius ex ęgypto ī libyam fugientes persequentem castris apud carthaginem positis p somnū uidisse memorant exercitū ingentem lachrymis ante se ubertim deplorantem: eaq; uisione territum sibi ad memoriam scripsisse carthaginem denuo reficiendam esse. Itaq; nō multo post cū romam redijsset tenuioribus agros ab illo deposcentibus sic ordinem dedisse quasi nō nullos ex ijs carthaginē: nō nullos Corinthū esset dimissurus. Cęterum illo in senatu occiso a ciuibus Octauiū cęsarē qui postea augustus cognominat⁹ est inuentis huiusmodi a patre scriptis carthaginē: quę nūc est erexisse: uerum aliquāto summissiorē cum priscę eminentiā urbis ueretur condidisse colonos ex romanis ter mille a principio illuc missos fama est: Reliquos ex finitimis ī unū collectis additos. In hūc modū romani carthaginensibus olim parentē libyā sibi subegere: & carthaginis urbem a fundamentis erutam restituere denuo post euersionē duobus & centum elapsis annis.

Scipionis triumphus

Pseudo Philippus

C. Gracchus tribunus plebis.

C. cęsar.
Pompeius.

C. cęsaris somnum attende.

Octauius carthaginē denuo erexit.

Ter mille romani coloni carthaginem missi.

Appiani Alexandrini sophistę Romanorum liber finit qui Libycus inscribit. Traductio. P. Candidi.

Appiani Alexandrini sophistę Romanorum liber incipit qui Syrius inscribit. Traductio. P. Candidi.

Magnus Antiochus

Ptolemęus Philopater.

Lysimachia urbs

Lysimachus.

Propugnaculum



Ntiochus Seleuci Antiochi filius Syriorũ ac babyloniorũ: nec non aliarũ gentiũ rex sextus a Seleuco: qui post Alexandrũ asię circa euphratem imperitauit in mediam ꝓfectus & parthiam: aliasq; nationes quę ante ipsũ defecerãt cum plurima strenue gessisset: ob idq; magnus Antiochus diceret ꝓgenitoꝝ suoꝝ gloria ac ꝓpria appellatione elatus syriam inferiorẽ ac ciliciam: quę ab Ptolemęo Philopatro ęgypti rege puero adhuc tenebantur inuasit: nec paruũ quippiam mente complexus hellespontũ ingressus est: eoles & ionios ueluti asię prȩsidenti per accõmodos ratus ꝙ prius asiaticis paruissent regibus tandẽ ĩ europã classe traiecit: thraciam subegit: ac minus sibi parẽtes ꝑ uim cepit: Cheronnesum muniuit: Lysimachiam pręterea erexit urbem quã Lysimachus Trax pro Alexandro imperitans ut ꝓpugnaculũ quoddam in Thraces olim condiderat. Sed cũ Thraces defuncto Lysimacho urbem euertissent Antiochus denuo eam condidit profugos quoscũq; Lysimachioꝝ ultro reuocans: ex quibus non nulli in seruitutẽ redacti ei parebãt. Emptis alijs & in unum collectis boues insuper & pecora: ferrũq; ad agriculturã necessariũ illis impartitus nihil morę pręstitit ad mœnia erigenda cũ regionẽ situ inclytã & in uniuersam thraciã accommodam: & ueluti horreũ quoddam oportunũ ad peraganda reliqua: quę animo complexus esset intueretur. Plures enim ad illũ confluxerãt: & tutelã urbis timore adducti susceperãt. Ob id Smyrnei & Lapsaceni: alijq; Antiocho aduersantes ad

Flaminiū romanorū imperatorē misere legatos: Cuius ductu Philippus macedo ī thessalia ingenti pugna superatus fuerat. Erant quippe macedonū & gręcorū inter se paulatim p tēpus & partes inuicem cōmixta omnia ut a nobis eo libro in quo de gręcis agit perscriptū est: ac non nullę inter Antiochū & Flaminiū legationes hinc inde missę: & imperfecte plura ab his tentata. Iam pridem enim romani cum Antiocho ī suspitionē mutuā uenerant. Illi nempe haud tute quiescere satis poterāt Antiochū magnitudine principatus ac felicitate elatū intuentes: nec ille cū romanos adeo inualuisse cerneret ut soli potētia adauctū impedire & in europā transeuntē prohibere possent. Cęterū cū nulla inter eos & regem manifesta adhuc intercessisset inimicitia legati ab Ptolemęo Philopatro romā uenerūt syriam ac ciliciā ab Antiocho sibi eripi querētes. Qua ex causa romani principio huius belli: quod ipsis oportune afferri uidebatur permaxime lętati legatos ad Antiochū miserunt: qui uerbo quidem Ptolemęū Antiocho conciliare uelle dicerent: re autē Antiochi impetū reprimerēt: illiq; quoad possent obsistere tentarent. Hoꝝ autem Cneus prior Antiochum rogare pergit ut Ptolemęo romanorū socio atq; amico: regni quantū pater ei reliqsset restitueret: Vrbes autē quas ī asia Philippus tenuisset liberas esse sineret. Non enim ęquū esse Antiochum eas urbes possidere: quas olim Philippo ademissent romani. Omnino nescire se quāobrem exercitū tam ingentē: totq; in armis paratos desuper ex medis adducēs ī asiam: quę mari adiacet inferret europę: urbesq; in ea erigeret: thraciam sibi uendicaret nisi hęc alteri⁹ belli essent fundamēta. Cui Antiochus ita respondit Thraciam progenitoribus suis quondā parentē & ex impedimēto amissam se cū p ocium uacaret recuperasse. Lysimachiam autē erigere urbē ut Seleuco puero habitaculū sit. Quę uero ī asia urbes essent. eas liberas esse sinere. si sibi nō romanis gratias sint habituri. Ptolemęo & affinis inquit sum:

Q. Flaminius.

Philippus a flaminio uictus

Romanorū legatio.

Responsio Antiochi.

Hannibal.

Sarus fl.

Cleopatra Syra

Antiochia

Ariarathes.

Eumenes.

Attalus

Philetaerus

& inquantũ illi socer nõ sim eum uobis gracias habere cupio. Cęterũ & ipse addubito quo iure romani Asię rebus sese immisceant cũ nulla mihi Italię cura sit. In hunc modũ infecta re legati discesserũt minas iam inter se paulatim detegẽtes. Fama deinde & opinione uulgata Ptolemęũ Philopatrũ uita cessisse Antiochus propere ad eum mouit: quasi rege destitutã occupaturus ęgyptũ. Cui Hannibal carthaginẽsis iuxta Ephesum occurrit ob ęmulorꝝ calumnias patria profugus: quem romani litis & belli cupidũ esse aiebant: nec ullo tempore paci daturũ operam. Hęc acta sunt cum carthaginẽses romanis per fœdera parerent. Hannibalem porro in pręlijs expertũ Antiochus lęte suscepit: splendideq; circa se habuit. Audiens deinde Ptolemęũ in lyciam uenisse deposita ęgypti spe: & Cyprum eius loco se habiturũ cõfidens in insulã enauigauit. Vi igitur tempestatis iuxta Sarũ fluuiũ in discrimen adductus multis nauibus amissis ex quib⁹ nõ nulle amicis referte inerant ĩ Seleuciã syrie profectus est: ibiq; exercitũ labore euectum renouauit. Nuptias pręterea Antiochi: & Laodicis filiorꝝ una celebrauit. Cũ uero bellũ a romanis aperte detegi uideret affinitatib⁹ sibi reges finitimos cõciliare studuit: & Ptolemęo quidẽ ĩ ęgyptũ Cleopatrã misit Syram cognomine gratis syriam inferiorẽ illi offerẽs: quã idem Ptolemęo olim ademisset quo iuuenem demereretur & in bello cõtra romanos constantiorem redderet. Antiochiam autẽ Ariarathi capadocum regi: reliquã Eumeni pergamo imperanti dare instituit. At is bellũ iam cũ romanis affuturũ uidens: & ad utilitatẽ simul curã adiunctã esse uxorẽ renuit. Admirantibus autem Attalo: & Philetero eius fratribus ꝙ regis tam eximij & adeo finitimi: & sibi imperãtis ultro etiam precantis affinitatẽ recusaret palam ostẽdit futurũ bellũ principio quidẽ pares habiturꝝ esse euentus: procedẽte tẽpore romanorũ res in maius euasuras ob eorũ magnitudinẽ atq; tolerantiã. Ego etenim inquit romanis uictoria potitis firmiorẽ

regni mei adipiscar sedem: Antiocho uero bello superãte spes omnis ad propinquos mihi elapsa est cum se illi inseruientem demũ imperaturũ fore speraret. His adductis rationibus Eumenes nuptias sibi oblatas ultro renuit: Nec multo post Antiochus ĩ hellespontum descendit: ac Cheronnesũ classe preteruectus magnam thracię partẽ subegit euertitq; grecis quicunq; thracibus parebant libertatem redditis. Plura quoq; Biçantijs gratis contulit ueluti opportunam in ipso aditu tenentibus urbem. Galathas etiã donis & apparatus splendore pellectos in societatem compulit ob eximiam corporis magnitudinem bello utiles arbitratus. Post hęc in ephesum contendit: ac legatos romã misit Lysiam scilicet & Egesianactem: ac Menippum: qui quidem re senatũ ut tentarent uenisse uisi uerbo autem Menippus sic effatus est. Antiochũ romanorũ beniuolentię studentẽ: ac propugnatorẽ cũ illis esse cupientem si dignum ducant uehementer admirari ꝙ ab urbibus quę in Ionia sunt eum abstinere uelle dicãt: & redditus quosdã illi auferre: nõ nulla etiam ex asia adimere cum paci suadeat: Thraciã pręterea dimittere iubeant: quę progenitoꝝ suoꝝ quondã fuerit. Hęc enim nõ ut amicis: sed ut uictis uictores imperare solitos. Senatus eos ad tentandũ uenisse ratus in hũc modũ respondit. Antiochum si gręcos in libertate esse sinat: & ab ijs quę in asia & europa sunt uicissim se contineat: romanos si uelit amicos habituꝝ esse. Hęc solũ a romanis dicta causę adhibitę respõso. At Antiochus q̃primũ in gręciã descendere: & ex inde bellũ romanis inferre statuens Hannibali carthaginensi animũ adiecit: qui ad illum his uerbis usus dicitur. Gręciam quidem ex longo conflictatam bello q̃ facillimum opus esse credere: bella omnia cuicunq; domi esse grauiora ob ingruentẽ famem: foris autem leuius geri. Romanos autẽ si gręcię inferatur bellum: Antiocho nequaq̃ cõcessuros cõmeatu domestico & apparatu abundãtes. Suadere igit᷑ ut in italiã q̃primũ transeat: ibidemq;

Biçantium.

Legati ab Antiocho romam missi. *Lysias Egesianactes Menippus*

Legatoꝝ uerba ad romanos.

Romanoꝝ respõsio.

Hannibalis consiliũ.

Bella grauius domi q̃ foris geri.

Suadet Hãnibal Antiocho ut in italiã transeat.

bellum gerat/ut romanis & quę domi fuerint & quę foris debiliora ęque fiant. Italię inqt expertus sum: & multa hominū millia ī tēpore illi inferre possum: e carthagine preterea amicos euocare: populum ad seditionem concitare licet continue inter se dissidentem: & erga romanos parū fide se habentem: audacia pręterea tumentem ac spe cum me denuo italię potiturū esse autumet. Hęc haud ingrate ab Antiocho accepta & magni ut erat ad id bellum ducens carthaginensium uires statim illum ad amicos mittere suadet: quod tamē Hannibal facere distulit. non enim tutum putabat scrutantibus omnia romanis nec bello adhuc satis certo pluriniis ad carthaginenses deferentib9 nondum re.p. firmi quicq̄ aut stabilis habente ijs ex causis quibus denuo carthago euersa est. Aristonem autem negociatorem e tyro p occasionē mercaturę ad amicos misit: eosq; adhortatus est ut q̄primū ipse in italiam uenisset illi in uindictam eorum quę passi essent excitarent urbem: quod ab Aristone factum est. Inimici uero Hannibalis intellecta Aristonis profectione tumultuari & quasi res nouas molientē inquirere cœpere. At is ne huiusmodi calumniam Hannibalis amici in primis paterentur noctu clam litteras ad senatum destinat: ī quibus Hannibal uniuersos senatores ad patrię salutē bellumq; cum Antiocho una capessendum adhortari uidebat. Hisq; pactis inde enauigat. Orta luce timor qui ex Aristonis profectione Hannibalis amicos ceperat subito euanuit q̄si hęc ipsa ad omnes senatores relata essent. Verũ ciuitas uaria trepidatione agitabat. nam cum romanis aduersaretur hęc minime latere arbitrabatur posse. Romanorum deinde legati alij: inter quos & Scipio ille qui carthaginensibus principatum ademit in primis fuit/ad Antiochum missi quo mentem: & apparatū eius explorarent. Cum ad Pisidas morantem offendissent: in Ephelo uenturum operiebantur regem. Eo loci sępenumero cum Hānibale in sermonē incidisse fama est. Carthaginēsibus cū romanis adhuc in fœdere manentibus/Antiocho nondum

Attende.

Astus.

Legatio romanorū ad Antiochum.

Scipio.

Pisidę

manifeſte ſe hoſtem profitente cū quidē Hannibalem patria effugiſſe quererentur romanis nihil ī eum : aut reliquos ciues delinquentibus. Hęc autē faciebant quo Hannibalem cōtinua inter eos cōuerſatione atq; congreſſu regi ſuſpectū redderent: quod ille utpote uir militaris haud quaq̄ animaduertit. Rex uero cū intelligeret addubitare cœpit: & an Hannibali adhiberet fidem uarie agitabat animo / çelo quodā ac inuidia eum affari negligens ne futurā gloriā ſibi uendicaret. Aiunt p̄terea inter hos ſermones nō nūq̄ adſtātibus plurimis de re militari cōtendere ſolitos Scipionē & Hānibalē. Cūq; ab Hānibale ſciſcitaret̃ Scipio quis pręſtantior dux ī bello ſibi fuiſſe uideret̃: Alexādrū dixiſſe Macedonē. Scipionē uero ſilentē Alexādro cōceſſiſſe: Interrogaſſe deinde quē ſecūdū ab Alexandro eſſe diceret / eū Pyrrhū epyrotaꝝ regē nominaſſe ꝙ uirtuti militari audaciā haberet adiunctā. Nō enī facile inter reges uirū tanta audacia pręditū poſſe reperiri. Reiectū deinde nō ſine liuore Scipionē queſiuiſſe quē tertiū eſſe crederet cum laudē illā ſibi attribui putaret / Hānibalē uero eū locū ſibi uendicaſſe his uerbis. Iuuenis dū eſſem adhuc inq̄t hiberiā bello cepi. exercitūq; tranſalpes ſecundus ipſe ab Hercule in italiā duxi : nulloq; ex uobis obſtare auſo q̄dringētas euerti urbes : nō nūq̄ circa urbē romā certamē extuli neq; patria mihi pecunias ſuppeditante : neq; exercit⁹. Cū autē eū iuſto amplius ſe iactantē audiret Scipio ſurridentē dixiſſe memorāt. Quē locū tibi deligeres o Hānibal ſi a me nō fuiſſes uictus? Tū illū emulatiōe ei⁹ intellecta ante Alexandrū reſpōdiſſe meipſū poſuiſſem. In hunc modū Hānibalē ulteri⁹ ſe iactare deſtitiſſe: & clam Scipiōi cōceſſiſſe uiſū q̄ſi Alexādro potiorē ſuperaſſet ducem. Soluto inter eos colloquio Hānibal Scipionē ī cōtuberniū uocauit. Cui Scipio ꝑhumane reſpōdit: obſecuturū ſe ni Antiochū minus iam romanis fidentem ſciret: eoq; modo inimicitię finem cum bellis uterq; impoſuit. Quod neutiq; a Flaminio pariter ſeruatū eſt.

Diſceptatio inter Scipionē & Hannibalē de imperatorū pręſtantia.

Melius hic q̄ Liuius.

Laus Scipionis.

Prusias rex.

Oraculum.

Libissus fl.

Q. Flaminius.

Aeoles

Thoas

Micithion.

Aminander.

Alexander.

Victo nempe imposterũ Antiocho fugiẽtem Hannibalem & circa Bithiniam demũ errantem cum ad Prusiam alia ex causa missus esset non ob ea quę ab Hannibale prius pertulisset romanis minime iubentibus (nõ enim illis ulterius formidabilis esse poterat deuicta carthagine Hãnibal) prusię tamẽ ueneno confecit huiusmodi oraculo fidentem libyssa gleba corpus teget Hannibalis cum in libya moriturũ se speraret. Est autẽ libyssus fluuius ĩ bithinia & cãpus subinde ab eo libyssa dictus. Hęc ideo apponere uisum quo Scipionis magnanimitatem a Flaminij pusillanimitate distinguerem. Antiochus deinde ex pisidis in ephesum reuersus rhodiorũ legatis sententiã huiusmodi protulit. Rhodios se biçantios ac ciçicenos & alios quoscunq; circa asiam gręcos liberos esse sinere si sibi cum romanis fœdus iniret. Aeoles autẽ & Ionios nequaq̃ esse uelle q̃si iam pridem asię regibus & his quidem barbaris parere solitos. Romanorũ igit legati Antiocho congressi cum nihil perfecissent tandem infecta re romam rediere. Interim Aetholorũ legati ad Antiochũ uenere: quibus Thoas pręsidebat. regem sibi ac ducem Antiochũ poscebãt: & ut in gręciam enauigaret ueluti ad rem sibi paratam hortabantur. Non enim utile esse aiebant morari exercitũ ab asia quę desuper esset accedentem. Aetholorum quoq; res in maius extollentes & lacedęmonios sibi & Philippum macedonem super lacedęmonios romanis succensentem auxilio affuturum esse. At ille uane admodũ cõmotus filium Syria nondum decessisse intelligens concito cursu cum decem millibus duntaxat in euboiam classe appulit: quam ex aduentu eius territã uniuersam sibi adiunxit. Porro Micithion eius pręfectus romanis circa delum obuiam factus (est enim is locus Apollini sacer) quosdam ex his occidit: nõ nullos cepit. Aminander autẽ Athamanorũ rex cũ Antiocho ĩ societatem belli cõuenit hac occasione pellectus (ut aiunt) Cum quidam ex macedonibus Alexander in megalopolitana urbe ĩnutritus

& eius politię primarius uir obseruaretᷣ a multis tanq̄ ab Alexandro Philippi filio originē duceret filios ab se genitos quo sermoni fidem adhiberet alterū Philippū: alterum nominauit Alexandrum: filiam porro Apemam quam Aminandro connubio adiunxit. Cum autē frater eius Philippus sororē ad nuptias euntem comitatus Aminādrū natura imbecillem omniū rerum inexpertum intueretur/ ibi manere instituit regni eius curam habiturus. Hunc igitur Philippū Antiochus in regnū macedonū quasi iure quodam sibi debitum inferre satagens Athamanas socios sumpsit ad bellum: & cū his thebanos. Ipse thebas profectus: & palam cōcionatus uane quidē ad tantam rem thebanis & Aminandro ętholisq; confisus. In thessaliam quoq; descēsurus uarie agitabat animo/ an statim: an transacta potius hyeme exercitū deduceret. In qua re Hannibalē silentem intuens primū sententiam dicere iussit. At ille thessalis inquit haud difficile siue nunc: siue post hymem cū uelis inferre manus gentem illam iampridem laboribus affectam ad te nūc & ad romanos si quid noui accidat facile cessurā puto. Imus quippe sine ꝓpria potētia inqt ętholis qui nos inducant confidentes: quoniā lacedęmonij & Philippus nobiscum sentiunt: ex quibus lacedęmonios nobiscū bellare audio cū achęis Philippum tibi pręsentem non intueor in hoc bello maxime potentem in quam uelit inclinare partē. Hęc autem sententia mea est exercitum q̄primum ex asia educere: Aminandro aut ętholis spem apponere. Cum uero italiam depręedari dabitur: ac domesticis circūuenti malis quę tua sunt minus perturbare poterunt: Quinetiam de proprijs uerentes nusq̄ pedem proferre audebunt. Nō idem ut pręedixi mos a nobis seruādus est. Cęteꝝ necesse erit dimiduū classis educentem maritimā italię orā populare: residuū ad ea quę utilia erūt in ꝓmptu habere. Te autē uniuerso peditatu insistētē ad eā quę italię finitima est gręciā cōgressus famā excitare: & si potis erit bello insurgere;

Philippus
Alexander
Apema

Athamanes

Prudens Hannibalis consilium.

Qui bonis consilijs no parent adhuc discernt

Philippum omni ingenio ad ea inducere: in quam uelit partē potentem plurimū. Quod si abneget Seleucum filium tuū per Thraciam inferre bellum quo domesticis circumuentus malis nullius utilitatis hostibus esse possit. Hęc ab Hannibale dicta: quibus nil salubrius dici potuit. Ob inuidiā autē existimatio/nis eius ac prudentię non solū reliqui uerū rex ipse ne militari disciplina eos antecellere uideretur Hannibal: ne ue futuro/rum gloria illi merito ascribi posset in contrariā partē uertere omnia nisi ꝙ Polyçenides ad exercitum ī asiam missus est. At romani cum Antiochum in gręciam mouisse: & romanorū in delo necem captiuitatēq; sensissent bellū ultro inferre statuūt. In hunc modum Antiochi & romanorū bellum ex suspitione iampridem ortum tūc primū geri cœptum est: Quod ab An/tiocho superioris asię: plurimarūq; ac maximarū nationū rege mariq; pręter modicū quid imperāte & in europam descēdēte iam fama & apparatu ingenti formidando cum multa rei mi/litaris pręclara opera edidisset: ob quę magnus cognominatus esset/ romani geri existimātes diuturnius ipsis atq; ingens fu/turum expectabāt. Philippum uero macedonem prius ab illis superatum suspectū habebant. Carthaginenses quoq; neutiq; sibi fœdera seruaturos putabant Hannibale cum Antiocho ad bellum conspirante. Cęteros uicissim iampridem subactos nō minus uerebant/ ne ob Antiochi aduentū res nouas molirent. Exercitus igitur ad omnes qui eos quiete pacificeq; detinerent ac duces ad exercitus destinant: quos ipsi Sexsecures uocant cū cōsules duodecim securibus totidemq; fascibus quemadmodū prisci reges uterent. sic his dimidiū duntaxat dignitatis dimi/dium quoq; adesset apparatus. Quemadmodū autē in maxima trepidatione & pro italię rebus formidantes cū nemo fere illis in Antiochū constans aut fidus uideret esse/ ingentē peditatū Tarentū demisere: qui assistentes contineret: classem pręterea quę maritimā circumiret oram/ tantū illis pauoris Antiochus

Polyçenides.

Principiū belli.

Magnus Antiochus

Sexsecures.
Attende.

a principio inferre uisus. Cum autẽ ad imperiũ parata essent omnia in Antiochũ palam mouere incipiunt: ex proprijs militum uiginti millia: ex confoederatis & socijs bis totidem numero adducentes ut in Ioniũ aliquando mouerent arma: hyememq; fere totam hoc apparatu consũpserunt. At Antiochus in thessalos deducto exercitu cum ad locum quem ad canis capita incolę appellãt/accessissent ibi quondam macedones a romanis uictos fuisse cõstat reliquias cęsorum inhumatas adhuc splendide sepulchro iussit inferri. Sic enim & macedones sibi obnoxios & Philippo aduersos fore suspicatus cũ milites suo ductu atq; auspicio interemptos insepultos reliquisset. Hęc cũ intellexisset Philippus dubius admodũ: & quo se uerteret inde contemplans animo tandẽ romanis hęrere instituit. Itaq; Bebium imperatorem romanum haud longe ab eo castrametantem ad locum quendã ut accederet hortatus est sine fraude se in Antiochum paratũ offerens. Bebius his perceptis collaudato eo fidere amplius cœpit. Appium igitur Claudiũ ꝑ macedoniam cum duobus peditum millibus in thessaliam mittit. Appius circa tempe Antiochũ cũ exercitu consedisse uidens ignes ingentes excitari iubet quo militũ suorũ paucitatem tegeret. Qua ex re Antiochus Bebium ac Philippũ adesse ratus timore percitus obsidionem omisit hyemis occasionem prę se ferens: & inde in Chalcidem profectus est. Hic formosę uirgunculę amore correptus quinquagesimũ iam excedens annũ cum tanta bellorum mole premeretur nuptias tamen solemni more celebrauit: exercitumq; per hyemem in ocio & desidia secũ habuit. Oriente demũ uere in Acarnaniam ꝓfectus militum suorũ ignauia perspecta cum ad omnia inutiles eos experiretur/ & nuptiarum & lasciuię cœpit pœnitere. Acarnanię uero parte suscepta reliquis obsessis cum romanos in Ionium pertransire fama esset in Chalcidem denuo reuersus est.

Canis capita.

Bebius.

Appius Claudius.

Astus [illegible] militia

Amor Antiochi.

Romani sūma celeritate equitibus duobus millibus: peditibus uero uiginti millibus in unum comparatis cum nō nullos elephantos preterea haberēt. Acinio manio Galabrione duce ex Brundusio Apolloniā: & inde ī thessaliam mouere exercitū: urbesq; obsidione statim liberant. In quibus autē macedonum presidia posita inuenerunt expulere omnia: ac megalopolitanum illum Pilippum captiuū abduxerūt macedonū regnum suscipere sperantem cū quo ad tria millia militum Antiochi una suscepta. Dum hec a Manio geruntᷣ Philippus in athamaniam profectus omnem sibi parere compulit Aminandro in ambrachiam fuga delato. His perceptis Antiochus cognita rei celeritate etiam uehementius trepidare cœpit: & ut insperato ac subito malo circūuentus Hannibalis consilium tum primū salubre sentire uisus alios super alios ī asiam demisit: qui Poliçenidis accelerarent aduentum. Ipse copias omnes quacunq; potest in unū cōtrahit: Coactis autē ex ꝓprijs peditibus decem millibus: equitibus quingentis additis insuper quibusdam sociorū copijs Thermopylas occupat ut dum exercitū ex asia uenientem operitur loci iniquitate prepeditos detineret hostes. Duplex autē semita ad thermopylas ducit: arcta quidem & in longū producta: & huic parte ab una mare asperū & importuosum adiacet: alteri palus inuia ac profunda. Cacumina preterea duo inter ipsa montiū abrupta: quorū unū tichiuntem: alterū callidromū appellāt. Habet autem locus ipse aquarum fontes calentium: qua ex causa thermopyle dicte sunt. Murū igitur Antiochus duplicem in his edificauit: machinasq; supra murū statuit: etholos uero in sūmitatibus ipsis manere iussit: ne quis per semitas lateret accedens: ꝑ quas olim Xerses Leonidam lacedemonijs presidentem cum incustodite forent aggressus est. Aetholi igitᷣ mille ex suis ī utroq; mōtis cacumine positis cum reliquis Heracleam obsidebāt urbem. At Manius hostium apparatu cognito signū prima luce ad pugnā edidit:

Galabrio.

Athamania

Thermopyle.

Dux semita ad thermopylas

Tichiuntem
Callidromus

Thermopyle a fontibus dicte.

Leonidas.

Heraclea urbs.

ac duos ex tribunis Marcum scilicet Catonem: & Luciũ Valerium quem mallent per noctem montis uerticem ascendere eligere imperat: ętholosq; qua possent e monte deturbare. Ex his Lucius ab Tichiuntis semita repulsus est: ętholorũ primis aduersum annitentibus. Cato a Callidromo insultans cõmotis iam hostibus ĩ ultimam incidit uigiliam: ingensq; pręliũ circa ipsum factum est hostibus ab summo per aspera & inuia prohibentibus ascensum. Et iam Manius exercitũ Antiocho aduersum & ĩ turmas rectas distributum a fronte deducebat. Sic enim pręcipue ꝑ angustias montis uoluebat agmen. Rex leuis armaturę milites ac clypeatos ante phalangẽ pugnare imperat. Ipsam uero ante exercitum statuit. In dextra funditores ac sagittarios supra itinera locat: Elephantos ĩ sinistra. Cateruam uero quę illum assidue sequebatᷣ uersus mare considere iubet. Orta deinde pugna primũ quidem leuis armaturę milites undequaq; discurrẽtes Manium uehementer turbauere. Cęterũ Philippus nunc eos operiens nunc ultro cędens terga uertere coegit. Macedonum phalanx per medium diuisa intra se recepit & antecedens eos tutata est. Sarissas quoq; densas ex ordine proferre cœpit. At Macedones maxime qui ex Alexandri & Philippi partibus stetere plurimis ac longis annitentes hastis hostes terruerunt accedere uerentes. Manifeste autẽ intuentibus ętholis ex Callidromo fuga & uociferatio in Antiochi exercitu a desilientibus facta. Et primũ quidẽ ut utrisq; ignoratio rei affuit ita ex ignorantia tumultus aderat. Vt uero Cato illos insequẽs palam ex clamore factus est: & iam Antiochi castris immineret pro rege metuentes cum romanorũ pręliũ a longe pręsentiscerent trepidare incipiunt. Seipsos enim per hyemẽ delicijs & ignauia labefactatos norant & irruentibus Catonis militibus cũ eos nõ discernerent ob trepidationẽ multo plures arbitrabantᷣ esse: & iam de exercitu summa metuentes nullo ordine ad regem confluebãt quasi ab illo propulsaturi hostes.

M. Cato.
L. Valerius.

Ordo acierũ Antiochi.

Scarphia

Conflictus exercitus Antiochi.

Elatia

Eubia antiochi uxor

Democritus dux etholorum.

Manius

Coruus caliopolis mons

Legati ab Antiocho romam missi pro pace impetranda.

Verum romani illos insecuti in ipsum regis incidere exercitum. Quo metu alia ab Antiocho fuga turpiter fieri cœpta est. Manius usq; ad Scarphiam eos persecutus partim cedens: partim capiens cum a Scarphia retro uerteretur exercitũ diripuit regis: ac ętholos romanorum castris ob eorum absentiam illatos pturbauit. Cecidere ea pugna & insecutione romanorũ prope ducenti. Antiochi uero cum ijs qui capti sunt circa decem mille oppressi. Ipse rex cum primũ terga uertere cœpisset quingentis stipatus equitibus in elatiam nulla conuersione facta: & inde ĩ chalcidẽ atq; ephesum profectus est Eubia noua nupta comitãte: hoc enim nomine eam appellabat cum nauibus fuga euasisset: nec his quidem omnibus: quasdã enim ex ipsis commeatum ferentes romanorum classiarius aggressus euertit. Romani qui in urbe aderant percepta uictoria cum celerrime commodissimeq; adepta uideretur sacrificijs templa collustrant ex tremẽda Antiochi ęstimatione iam primam experti uictoriã. Et ut Philippo belli socio pares gratias referrent filiũ eius Demetriũ obsidem apud eos patri remiserunt. Hęc tum ĩ urbe agitabantur. Manius interim phocenses & chalcidas & quoscunq; alios Antiocho fauentes deprecatos ueniam exemit metu. Aetholiam uero Philippus circumibat: urbesq; obsidebat. Hic Democritum ętholorum ducem ac sese occultantem Manius capit: qui castra iuxta tyberim se aliquando positurũ Flaminio fuerat comminatus. Cęterũ Manius cum per caliopolis montem quem coruum appellant iter ageret altissimum admodum & transitu difficilem potissimum exercitui pręda & spolijs onusto: & cui ex pręruptis esset commeandũ (multi enĩ ex altissimis rupibus incedentes cũ impedimentis simul & armis pręcipites ad ima corruerant) facile ab ętholis deleri potuisset nisi q ab illis non conspectus est: & legatis romã missis quo pacem impetrarent nullo ĩ loco exeruere agmen. Interea Antiochus summa celeritate a satrapis qui desuper incolunt

exercitu ad mare conuocato naues preparabat. Classis autem ducem Polyçenidem rhodiũ patria pulsũ instituerat: iterũq; in Cheronnesum delatus urbes obsidebat: Sextũ & Abydum occuparat: per que ab romanis exercitus in asiam esset traducendus. Lysimachiam uero urbem quasi belli horreum quoddam constituerat: arma: frumenti magnam uim ĩ eum cumularat ratus peditum: nauiumq; multitudine opprimere romanos. Interea romani Manio qui succederet ad exercitus curam Lucium Scipionem eligentes cõsulem ea tempestate: ue℞ rei militaris non admodum gnarum: Publium Scipionem eius fratrẽ a quo carthaginenses superati sunt: & aphricani cognomen in primis habitum consilij participem illi statuere. Erant quippe Scipiones fere omnes eo apparatu. Liuius uero cui italie cura cõmissa fuerat Attilij successor ad classem electus est: qui statim proprijs nauibus ĩ italiam delatus sumptis a carthaginensibus & socijs alijs q̃plurimis ad piream accessit. Ibi accepto ab Attilio exercitu una & octuaginta armatis nauibus sequente Eumene cũ quinquaginta ex proprijs: quarũ dimidia pars armata fuerat ad Phocidam olim Antiocho parentẽ tunc percepta illius clade romanis obsequentẽ recta ferebat᷑. Cum nauigationi nõ nihil insequentis lucis addidisset Polyçenides regie classis p̃fectus cũ ducentis leuibus nauibus illis occurrit: qua ex causa nauigationis cursum subito antecapit: Romanis adhuc ad pugnã imparatis duas quoq; carthaginensiũ naues precedentes conspicatus tribus ex suis propere emissis ambas sed inanes capit carthaginensibus ui depulsis in mari. Liuius interim ira concitus primus ad tres illas militari naui dirigit cursum: Que cũ ab hostilibus sola sperneret᷑ manicas iniecere ferreas. Cõnexis itaq; in unũ nauibus preliũ ut in terra fieri cœptũ. Sed cũ audacia precellerent romani naues ingressi illas tenuere: ac unica naui duas adducentes ad suos rediere. Et hoc quidẽ naualis pugne preludiũ quoddam fuisse uisum est. Cũ autẽ classis ĩ unũ cõuenisset romani promptitudine & uiribus

Polyçenides.

Lysimachia

L. Scipio consul.

P. Scipio aphricanus fratres.

Liuius.

Pirea

longe superabant. Verum ob nauium suarum grauitatem hostes assequi nequaquam poterant leuibus antefugientes ratibus quoad ephesum usque fuga peruenerunt: romani uero in Chium delati sunt. Hoc in loco naues rhodiae septem & uiginti numero belli sociae romanis accesserunt. Antiochus percepta nauium fuga Hannibalem praemittit in Syriam: qui aliam ex phoenicia & cilicia prepararet classem: quem deinde redeuntem rhodij in pamphylia aggressi non nullis nauibus ademptis reliquas ipsi assidentes fuga prohibebant. P. autem Scipio in etholiam delatus una cum Lucio consule assumpto Manij exercitu urbium quae in etholia erant obsidiones nulla fere opera dissoluit. Deprecantibus demum etholis ut legatos romam mittere liceret facile concessit. deinde ut in Antiochum moueret prius quam frater ab imperio discederet, per macedoniam ac thraciam in Hellespontum iter facere instituit difficile admodum atque asperum ni Philippus macedo iter illi aperiret uenientemque susciperet: & a longe fluminum transitus commeatumque pararet. His ex rebus Scipiones residuo illum tributo liberauerant Senatu in sententiam adducto si Philippum ad agenda promptum inuenissent. Ad Prusiam quoque bithyniorum regem demisere legatos: qui dicerent omnes quibus imperant romani qui opem illis atque auxilia attulissent principatum adauxisse. Philippo nempe macedoni quem antea bello superassent regnum concessisse: Filium preterea obsidem apud nos dixere ultro absoluimus: tributi debitum remisimus. Quibus letatus Prusias cum romanis in Antiochum bellare instituit. Liuius classis praefectus in ipso Scipionum transitu naues collocarat: Pausimachum rhodium una cum rhodijs nauibus & exercitus sui parte in etholia reliquerat, pluribus ipse in Hellespontum pertransiuerat imperatorem illuc uenturum recepturus: & iam Sextum & Retium sibi asciuerat: Abydum cunctatem obsidebat. Pausimachus recedente Liuio plurima suorum experimenta meditatus uarias erexit machinas.

Obsidetur Hannibal.

Prusias rex.

Liuius classis praefectus.

Pausimachus

Vasa preterea ferrea ignē deferentia telis longis annexuit ut ignem mari gestarent/quo ꝓprias naues tueri: hostilibus autē appropinquantibus facile obesse possent. Hec animaduertens Poliçenides regię classis prefect⁹ rhodiensis patria cū certis ex causis urbe exul esset haud longe castrametatus Antiochi classem in eius potestate positurū se pollicitus est si de reditu eius curam habiturū se promitteret. Ille hominē insidijs aptissimū & astutū reformidans diligentiore adhuc custodia uti nitebaṫ. Recepta deinde Polyçenidis epistola: quā de huiusmodi ꝓditione ꝓpria manu sibi scripserat cū ab Epheso classem soluere: copiasq; in Sitologiā deducere uelle diceret Pausimachus ꝑfectionē eius intuens satis arbitratus epistolā propria manu scriptā haud facile eū missurū qui simulatione uti uellet fide adhibita custodias dissoluit: & in Sitologiā ipse quoq; ex suis mittit. Poliçenides fiducia illius animaduersa subito exercitū cōtrahit: & Nicandrum piratam cū paucis in Samū premisit: qui a tergo Pausimachū inuaderet. Ipse noctem circa mediam classem mouet: & matutina uigilia adhuc quiescentē occupat. Ille repentino malo circumuentus milites derelictis nauibus a terra hostes arcere imperat. Insurgente uero Nicandro a tergo ratus terram uicissim ereptam esse cum nō eos duntaxat quos intuereṫ uerū multo plures per noctē adesse crederet turbatis omnibus iterum ad naues suos reuocat: primusq; prelium ingressus primus egregie pugnando cecidit: ceteri partim capti partim interfecti sūt. E nauibus uero septem quę ignē afferebant nemine ob periculū propius illis adire cōfidente ī fugam abeunt. reliquas numero uiginti Polyçenides uinculis iniectas in ephesum adducit. Eius uictorię fama & Phocis iterū & Samos & Cyme ad Antiochū rediere. Veritus igiṫ Liuius ꝓ ijs nauibus quas in ętholia reliquerat: magna celeritate ad eas redijt unaq; cum eo Eumenes. Tum rhodij alias denuo uiginti naues romanis prestiterūt: modicoq; interiecto spacio magna

Attende instrumētū incognitū ętate nostra.

Proditio.

Sitologia.

Nicander pirata.

Conflictus romanoꝝ nauium.

Phocis
Samos
Cyme

illos lęticia affecerunt. Itaq; ad Ephesum in pugnam prompti classem adducebant. Occurrente illis nemine dimidium classis in alto longe in conspectu statuunt: reliquisq; in hostili terra constitutis urbem obsidere pergunt quoad Nicander e mediterraneis egressus commeatum sustulit nauesq; insequi cœpit. Tũ illi ĩ Samũ denuo reuersi sunt: & naualis prefecturę tempus interim Liuio elapsũ est. Ea tempestate Seleucus Antiochi Eumenis regionem depopulabatur: & Pergamo assistens uiros ad urbem cõuocabat. Qua ex causa Eumenes ad Aeliam regni sui caput subito euadit. Iuit & una cũ eo Lucius Aemilius regulus q Liuio ad curã classis successerat. Venere pterea & ab achinis Eumeni auxilio pedites mille: eqtes cẽtũ electi: quoꝝ Diophanes prętor: qui cũ e mœnibus Seleucios ludentes & uino madidos intueret contemptis illis pergamenis imperat ut una cũ eo in hostes ruerent. Non audientibus illis pedites mille quos habuit: & equites centum in armis ponit: & sub ipsis muris intrepide cum illis cõstitit hostibus procul eos aspicientibus: & quanq̃ numero longe inferiores non tamen manum conferere ausis. Ille uero prandentibus adhuc cum clamore accurrens perturbauit omnes: custodiasq; discedere coegit: & cũ nõ nulli ad arma concurrerent: aut frenarent equos aut fugientes insequerẽt difficulter ue ascenderent: nec tamẽ consistere auderent uictoria potitus est: pergamenis desuper e muris proclamantibus: nec tamen egredi confisis. Interfectis igitur quoscunq; licuit ueluti repentina insecutione captiuos uiros: equosq; celerrime auferẽs reuersus est. In sequẽti quoq; die acheos ad murũ statuit. Pergamenis uero iterũ exire trepidãtibus Seleucus plurimis stipatus equitibus ac propior illi factus ĩ pugnã ꝓuocabat. Veꝝ ille ne tũ quidẽ prodire uoluit iuxta murũ sese continens: cęterum occasionem expectabat.

Aelia reg[ni] caput

L. Aemilius regulus.

Diophanes.

Cum autem Seleucus usq; in meridiem perstans defessis iam equis reuerti cuperet Diophanes postremos eorum aggressus tumultu ac cęde pmiscens omnia quoad potuit iterũ sub ipsis muris rediit. Et hunc morem cõtinue cum pabulatũ lignatũq; graderent milites obseruans hostesq; perturbans & infestans Seleucũ tandem a pergamo coegit abscedere: & a reliqua Eumenis regione dimouit. Polyçenides interim ac romani apud Myonesiũ ingenti classe cõuenere. Polyçenides nauib9 nonaginta armatis. Lucius uero romanę classis pręfectus tribus & octoginta: quarũ qnq; & uiginti rhodioꝝ fuere. Earũ pręfect9 Eudorus: qui in sinistro cornu locatus cũ ex aduersa parte Poliçenidem multũ romanos pręeuntem intueretur, ueritus ne eos circũueniret celerrime aduect9 utpote qui nauibus citis & remorũ ui adactis mari solitis uteretur. naues ignem ferentes primũ Polyçenidi aduersas statuit undiq; splendida luce micantes: quas ille ob ignẽ aggredi non ausus sed circũquaq; adnauigans declinare: & maris fluctibus aspergere cœpit. Ligna quoq; proras excedentia percutere quoad rhodia nauis ĩ sidoniam inuecta cum uehementiore impetu usa esset anchora ab sidonia excussa est & in rhodiam infixa ambęq; inuicẽ cõnexę ita ut insidentes cõmorãtibus ueluti in terra ratibus simul depugnarent. Prodeuntibus uero ab utraq; parte q̃plurimis quo suis auxiliũ afferrent cõtentio inter utrosq; splendida orta est. Hac ex re destitutis Antiochi nauibus quę in medio steterant romanorũ naues supueniũt: & homines adhuc periculi ignaros circundare pergunt: quod cũ animaduertissent illi fugam statĩ capessunt. Ex Antiochi classe unadetriginta naues deletę sunt: quaꝝ tres & decẽ cũ uiris captę. Romanoꝝ duę duntaxat periere. Polyçenides abducta rhodia naui in ephesum delatus est. Hũc exitũ naualis pugna circa Myonesiũ habuisse dicitur nõdũ re ab Antiocho pcepta qui Cheronnesũ ac Lysimachiã

Myonesium.

Naualis pugnę descriptio.

Eudorus.

Contentio.

Antiochi classis superatur.

diligentissime muniera t magnū ut erat opus existimans cōtra romanos si quando alium i thraciam exercitum inferrent difficile ipsis ac pene inuium iter futurū ni Philippus cōcessisset.

Antiochi leuitas.

Cęterū Antiochus ut erat inter alia leuis admodū subitusq; ad mutationes cū cladem apud Myonesiū habitam intellexisset: collapsus animo: ac ratus quippiam sibi diuinū aduersari: idq; pręter omnem euenire rationem ut romani superiores ī mari essent: in quo se longe pręcellere putabat. Hannibale in Pamphylia obsesso/Philippo romanis expeditū iter exhibēte: quē ęquius erat illis aduersari: a quib⁹ mala plura pertulisset longe amplius commotus est quasi fortuna cogitatus suos euertente quemadmodum in occurrentibus erumnis solet euenire. Itaq; nulla impellente ratione Cheronnesū dereliquit anteq̄ in cōspectu uenisset hostis: neq; quātū frumēti ea in ciuitate cumulauerat alio transferēs: neq; arma: pecunias: machinas uel igne saltē absumens uerꝫ integra omnia tanti momenti relinquens hostibus: Lysimachijs subinde ueluti ex obsidione fugientib⁹ cum eiulatu & gemitu sequentibus ac pueris uniuersa hęc despiciēs sola classe circa Abydū hostes arcere meditatus & reliquā belli spem in hoc uno duntaxat statuens neq; nauigationis rationē habens ob deorū iram ad mediterranea delatus est ut hostes pręueniret accelerans cū nullā ī nauigando custodiā adhibuisset. Tum uero Scipiones discessu regis intellecto/Lysimachiam cursu capiunt: & in Cheronneso thesaurū armaq; adepti sunt. Hellespontum porro custodia uacuum audientes magna celeritate regem pręuenerūt nondum eos in Sardis accessisse cogitante. Quibus ex rebus conterritus Antiochus: & errata omnia in fortunam referens Heraclidem Biçantium ad Scipiones misit qui bellum quoquo pacto dissolueret: Smyrnam & Alexandriam quę supra Granicum est romanis linqueret: & Lapsacum quarum causa bellum cœptum fuerat: Impensarū quoq; dimidiū eius belli soluturū se promitteret:

Lysimachia a romanis capitur.

Heraclides

Antiochi legatio ad Scipiones.

Granicus

Lapsacus

cui etiam mandatũ fuerat si opus foret Ionias: & ęolicas urbes quotquot idem bello recepisset restituere romanis: uel si quid aliud Scipiones poscerent. Hęc in publico Heraclidem effari impositum. Priuatim uero. P. Scipioni ab Antiocho pecunias & oblationes afferebat: Filij preterea liberationẽ quẽ ex Demetriade in chalcidem adnauigantem Antiochus in hellada ceperat pollicebat. Erat is puer Scipio qui deinde carthaginẽ cepit & euertit: & secundus a Scipione aphricanus cognominatus est Pauli filius: qui macedoniã Perseo eripuit Scipionis genere ex filia nepos: adoptione filius. Ambo igit Scipiones in hunc modũ respondere. Si quidẽ Antiochus pacẽ cuperet nõ solũ Ionię & Aeolię urbiũ possessionẽ: sed ab omnibus citra Taurum montẽ ultro excederet. Porro belli impensam ob ipsum factam uniuersam solueret. Separatim deinde Publius Heraclidi dixit. Nempe si Antiochus Cheronnesum obtinẽs hęc proponeret perlibenter romanos eius preces admissuros crederem: forte etiam si Hellespontum classe custodiret. Nũc autẽ cum trãsierint romani & in tuto locati sint: & frenum ut dicitur imposuerint equo: ipsum quoq; ascenderint nullam ex huiusmodi uerbis pacẽ suscepturos puto: Se autẽ gratias regi agere ꝙ pacem eligat & maiores reddere: filiũ ultro accipiens uelle pares illi referre ac consulere ut quę sibi proponũtur admitteret anteq̃ maiorũ subiret onerũ difficultates. Hęc effatus publius in Aeliam ualitudine correptus abscessit. Consiliariũ fratri Gneũ Domiciũ reliquit. Antiochus uero queadmodũ & Philippus macedo satis arbitratus nihil tributorũ amplius ex bello sibi auferri posse. In thiatiro campo haud longe ab hostibus copias eduxit: Filiũ autẽ Scipioni in Aeliam mittit. Ille adducẽtibus consulere cœpit ne quoad rediret ipse Antiochus bellum caperet. Qua ex re cõfisus ille circa Sipylum montem castra posuit murũ castris circunducens: & fluuiũ phrigium in obiectum statuens hostibus ne inuitus pugnare cogeretur.

Scipio Scipionis ex filia nepos

Scipionũ responsio.

P. Scipionis prudens responsum.

Gn. Domicius.

Thiatirus campus

Mons Sipylus: cuius meminit Homerus.

Domicius belli euentum suo auspicio decerni cupiens fluuiũ ingenti audacia traiecit: & per uiginti stadia ab Antiocho distans uallum iacit. Per quattuor igitur dies ex quo quisq; iuxta eorum castra exercitum protulerat nemo bellũ attigit. Quinto die Domicius militibus denuo in ordinem eductis ardue progressus est. Nõ educente Antiocho copias proximior illi castra ponit. Vnica quoq; die interposita audiẽtibus hostibus p pręconem annũciat in sequenti se cum Antiocho etiã nolente habiturũ bellum. Qua ex re conturbatus ille consilium immutat. Cumq; sub muris cõsistere aut strenue ab ipsis pugnare posset quoad. P. adesset turpe ducens cum multo pluribus detractare pugnam acies educit. Eduxere autem ambo circa ultimam uigiliam instante adhuc nocte. Ordines uero ab utroq; eorum in hunc modum distributi sunt. Leuum cornu decẽ millia ex romanis strenue armatis iuxta fluuium ipsum tenuere. Post hos totidẽ itali milites ĩ tres diuisi turmas ab utraq; parte inferius. Supra italos uero Eumenis exercitus constitutus: & achinorũ scutigeri circa tres mille. Ita leuum institutũ romanorũ cornu. In dextro equites erãt romanoꝝ italorũ scilicet & Eumenis nõ plures q̃ tres mille. Omnibus autem leuis armaturę milites & sagittarij plurimi immixti erant. Circa Domiciũ ipsum equitum cohortes tres. In hunc modum ad triginta militum millia fuisse constat. Dextro Domicius pręsidebat. In medio cõsules constitit: Sinistrum Eumeni datum. Elephantos uero quos ex libya susceperat cum nullam ex ipsis utilitatem in bello adesse crederet ob eorũ paucitatẽ exilitatemq; corporum ut libycorũ est natio: quorum minores maiorum reformidant intuitũ: in ultimis posuit. Sic romani instituere acies. Antiocho septuaginta militum millia affuisse fama est: quorum potissima pars phalanx ex macedonibus sex & decem millibus numero fuit

Ordo romani exercitus.

Nota elephantorũ dissimilitudinem.

Exercitus Antiochi.

a Philippo primũ deinde ab Alexandro in ordinẽ posita. Statuit autẽ eos in medio diuidens: ac supra mille & ducentos in decem partes distribuit: & horum uniuscuiusq; partes aderant ĩ fronte qnquaginta uiri: in ultima duo & triginta: in laterib⁹ ab utraq; parte duo & uiginti. Erat autem muro assimilis phalangis forma: elephantorũ ad instar turriũ. Eo modo peditatus ab Antiocho institutus. Equites ab utraq; parte ab illo dispositi galathę loricis splendidi & macedonũ agima. Sũt autẽ equites electi: & ob hoc agima appellant᷑. Hęc ab utraq; phalangis parte ex ęquo distributa. Post eos deinde cornua tenebant. In dextra leuis armaturę quidẽ & argẽteis clypeis ornati eqtes & subsagittarij in equis ducenti. In sinistra galatharũ gens tectosagitrocimi: & listobij: cappadocesq; nõ nulli: quos Ariarathes miserat: & aduenę alij noti militabant. Loricati deinde equi sup his alia ex parte: & ea: quã socialẽ uocãt manũ leuiter armatam. Hęc Antiochi exercitus forma fuit. Veꝝ is in equitatu spem magnam apponere uisus quem plurimũ in fronte locauerat. Phalangem uero densam in arctum contraxit ut in bello rudis qua potissimũ ueluti exercita uti oportuit. Sagittariorũ uero ac funditorum infinita pene multitudo illi aderat. Lanceatorum pręterea & scutigerulorum ex phrygia: & lycia item ex Pamphylia & Pisidę traliensses & cilices ĩ cretensium morẽ exornati: Sagittarij equestres ultra hos alij dace & mysij & climi: & Arabes: qui camelis citis insidentes sagittis eminus utuntur. cominus autem gladijs bellantur acriter: quos longos & strictiores deferentes falcatis curribus belli principio medio in spacio solent decertare. Hi in fronte dispositi: quibus mandatum fuerat ut post fugam iterum pugnam capesserent. Horũ aspectus fere duorum fuit exercituum: unius pugnare incipientis: alterius in acie & campo consistentis: Vterq; uero ad terrorem admirabili instructus multitudine & apparatu.

Ordo phalangis.

Agima acies equitũ electorum.

Tectosagitrocimi Listobij

Manus socialis

Climi

Arabes. nota.

Mendi,
Zeusi

Pugnę principium.

Confusio exercitus.

Eumenes.

Constitit autē in dextera cum equitibus Antiochus ipse/in altera Seleucus eius filius. Phalangi Philippus elephātoꝝ princeps pręsidebat: propugnatorib⁹ mendis & ęeusis. Luce tenebris & nebulis obducta aspectus omnis apparatus uideri desijt & sagittarū iactus haud aperte emitti poterat aere obscuro & humido. Quod animaduertens Eumenes alios quidē contempsit omnes. Curruū autē imperiū in ordinem dispositorū ne obesset extimuit. Omnes igitˀ funditores & iaculatores: leuisq; armaturę milites in unū congregans anteposuit curribus ut ad eos discurrentes assessorum loco uulnerarent equos. Quippe illis in iugo depugnantibus reliquum totius currus ut inutile spernitur: plurimūq; ex ordine ipso perturbatˀ ipsis falces suas euitantibus: quod & tunc fieri cōtigit. Vulneratis nempe turmatim equis: & currus inęquos deferētibus/primi cameli qui turribus proximi aderant trepidare incipiunt: & subinde loricati cōturbantˀ equi: qui ex armoꝝ pondere haud facile occurrentes falces euitabant. Tumultus itaq; immēsus exoritˀ: multiplexq; turbatio: Quę potissimū ab ijs initium assumēs totius campi mediū inuasit cū suspitio diligentiam omnem superaret: quemadmodū longo interuallo: & densa multitudine: ac multiplici uoce cōfusoq; pauore etiam ijs qui patientibus proximi aderant industria nulla suppeditaret: & maioꝝ suspitionem unusquisq; sibi fingeret. Eumenes cū ad uotum rem sibi primo impetu successisse uidit & spacij mediū quantū cameli currusq; tenerent equis destitutum esse: quoscunq; romanorū italorūq; penes se habuit aduersus galathas cappadocesq; deduxit: turmamq; aliam peregrinorū cum clamore adhortatus est ut in homines belli ignaros & a propugnatoribus nudatos armis ruerent: quod ab illis factum est. Ex insultu igitur ab his impetuose edito non solum hi in fugam uertuntˀ: ueꝝ equites illis adiuncti & armati pridem territi a curribus cessere loco & eos potissimū: quos ob grauitatē fugere oportuit cū se uertere

nequirēt cōsequūt̃ & cędunt. Et hęc circa leuū phalangis macedonū. In dextro uero Antiochus ubi locatus constitit romanorū ordines infringēs diu fugiētes insecutus est. At macedonū phalanx utpote cū eqtibus ĩ arcto cōstituta & quadrangula ipsis a se dimotis utraq; ex parte leuis armaturę milites qui in frōte eius depugnabāt seipsam diuidens ĩ se recepit: interiusq; conclusit. Domicio autē plurimis equitibus ac uelitibus facillime illam ueluti lapidū congeriem quandam omni ex parte discurrente cum nec emittere tam immensam turbam nec explicare posset difficulter admodum ferebat onus: ita ut angerentur ipsi cum nihil amplius experientię in hostes ederent: sed ubiq; hostilibus uulneribus obijcerēt. Itaq; Sarissas ex phalangis quadrangulo densas exerentes romanos lacessebant: & formam quandam exilientium prę se ferentes nequaq̄ prodibant. Pedites utpote armis onusti hostes ĩ equis intuentes maxime ne robur ordinis exoluerēt aciem seruabant: nec romani illis appropinquare: aut ad manus accedere ausi/ uirorū ĩ bello experientiam: multitudinem: & in primis desperationem formidabāt: hastas duntaxat & sagittas a longe iaciebant: quo nihil damnosius ueluti plurimis in arcto consistentibus. Non enim quemadmodum tela delinarent: aut occurrentibus cederent habebant. Quamobrem cum diu multumq; sustinuissent ex necessitate uertuntur: & retrocedentes minis utebant̃ tam constanti uultu ut romani uererent̃. Nec enim propius adhuc illis accedere audebant: sed circumcurrentes eos uulnerabant quoad elephantis metu territis in ipsa phalange: nec assessoribus aures prębentibus ordo fugę dissipatus: & Domicius phalange potitus est: qui mox exercitū pręueniens Antiochi custodias e loco depulit. Antiochus cum romanos diu persecutus esset ea ex parte qua aduersus eis steterat nullo equite: ac ne pedite quidē auxiliū ipsis afferente (non enim accesserat Domicius nil opus esse existimans) ob fluminis propinquitatem

Attende formā phalangis: qua etiā ętate nostra utunt̃ Suetij.

Vincitur a Domicio phalanx.



usq; ad romanoꝝ castra peruenit. Occurrente autē illi tribuno cum electioribus cui castrorū custodia cōmissa fuerat ulterius ꝓgredi desijt: & qui fugiebant īmixti alijs ac ipsum exhortantes auertebant. Regrediebatᷣ itaq; ueluti ex uictoria lętus & insolens nihil eorū quę alia ī parte gesta erant intelligens. Interim Attalus Eumenis frater plurimis stipatus equitibus regi occurrit. Quibus superbe inuectus Antiochus interfectis non nullis cursu defertᷣ assistentibus circa ipsū adhuc multis paucis derelictis. Vt uero cladem inspexit campūq; omnē hominū: equorum & elephantorum passim iacentium refertum cadaueribus cognita exercitus sui strage irreuocabili fuga delapsus est: circaq; mediam noctem ī Sardis peruenit: inde ad celenas quam apamiam uocant pertransiuit. Ibi filium una e bello aufugisse intelligit. Sequenti die ex celenis in syriam proficiscitᷣ pręfectos ī celenis linquens: qui fugientes exciperēt: in unūq; redigerent. Pro inducijs uero habendis oratores ad consulem misit. Ille autē domesticos sepeliri iussit: hostes spolijs exui: captiuos pręterea simul uniri. Romanorum itaq; ciuiū equites quattuor & uiginti: pedites tercentos ab Antiocho cęsos inuenerunt: Eumenis equites septem & decem duntaxat cecidisse. Ex Antiochi uero parte cum captiuis circa quinquaginta millia oppressa fuisse. nō enim facile ob multitudinem annumerari poterant. Elephantorum porro plurimi interfecti: quinq; & decem capti fuere. Quod cum ī tam celebri uictoria & pene ultra rationē omnē parta accidisse putaretᷣ: nō enī ęquū uidebatᷣ pauciores multo pluribus aliena ī patria tantum ualuisse: potissimū macedonū phalange depugnāte atq; assistente: quę & uirtute & robore lōge ꝓstaret: & insuperabilis quodāmodo ac tremēda uideretᷣ esse. Antiochi familiares atq; amici & proteruiam illius in romanos & a principio inexperientiam stulticiamq; accusabant qui Cheronnesū ac Lysimachiā tot armis & apparatibus munitā e manu proiecisset: ac prius q̄ in aciem

Attalus

Antiochi fuga.

Celenę quę apamia

Oratores pro inducijs habendis ab Antiocho ad cōsulē missi.

Ingens belli differentia.

Macedonū phalanx.

prodisset hostis Hellesponti custodiam ultro neglexisset: nec adhuc romanis per uim transire sperantibus. Querebant̃ pre-terea nouissimã illius insipientiam/q optimam exercitus sui partẽ in tam angusto positam inutilẽ sibi reddidisset: spemq omnem ĩ multitudine confusa prius posuisset ad bellum q̃ in ijs q & experientia & tempore/belli opera callerent: & quorũ in tam multis animi audacia ac fiducia pcellerent. Hec de Antiocho ab illis ferebant̃. Romanis uero animi elati sunt ut nihil ulterius illis difficile/ dijs: ac uirtute iuuantibus uideri posset. Hoc enim uel maxime eos ad felicitatis gloriã euexit cũ adeo numero inferiores ueluti ab incursu ac prima pugna exteris in locis tantam regij apparatus multitudinẽ cui & mercenariorũ militum uirtus ac macedonũ fama inerat: regis preterea ipsius prope immensum obtinens imperium: ex quo magnus uoca-batur una die superassent. Plurimus tamen illis in ore Antio-chus ille magnus uersabat̃. Hec igit̃ romani inter se referen-tes gloriabant̃. At consul ex quo Publius ab Aelia ualitudine liberatus ad eum uenit Antiochi legatis responsum dare insti-tuit. Illi nempe scire postulabãt quid Antiochus agens roma-nis socius atq amicus esse posset. Quibus Publius ita respõdit. Causas sibi ipsi ob ambitionem & cupiditatem attulisse An-tiochum ob hec que in presenti & prius peregisset. Qui cum principatum magnum obtineret nihil prohibẽtibus romanis Ptolemeo eius affini ac romanorũ socio Syriam abstulisset in-feriorem: & in Europam ad se nihil pertinentem exercitũ in-ducens thraciam euertisset: Cheronnesum muniuisset: Lysi-machiam preterea erexisset urbem. Deinde in greciam trans-gressus grecos in seruitutem redegisset prius a romanis liber-tati traditos quousq ad Thermopylas pugna superatus esset: neq tamẽ fuga elapsum a cupiditate hac habẽdi desiuisse: Sed mari sepenumero deuictum romanis nondũ transgressis Hel-lespontum inducias petijsse: deinde ob suspitionem que sibi

Querele amicorum Antiochi.

Publius fratris consi-liarius respondet le-gatis Antiochi.

Placabilitatem nota Scipionis.

Conditiones pacis cū Antiocho.

Eumenes Attali filius

Antiochus iunior obses datur.

Calicadnus Sarpidonius

proponebantur despexisse: exercitumq; denuo ingentem immenso apparatu induxisse romanis ut bello contenderet cum melioribus uires experiri ausus quoad extrema clade esset superatus. Nobis autē inquit ęquius fortasse foret maiore adhuc illum mulcta cōdemnare: qui nobis totiens insurgere conatus est. Sed nec felicitatem nostram deturpabimus: nec aliorū clades adaugebimus. Dabimus quęcunq; antea illi proposuimus modica quędam adijcientes quę & nobis utilia fore existimamus: nec illi ad securitatem ī futurū inutilia. Discedere ipsum ab europa omni & asia quę circa taurum montē sunt & ijs qui apponentur terminis tradere quoscunq; habet elephantos & naues quas imperabimus deinceps elephantos nō tenere: naues quas illi concedemus solum possidere: tradere insuper uiginti obsides quos pretor scripserit: pecunias porro ad belli impensam ob ipsum gesti talenta scilicet euboica statim quidem quingenta exponere. Cum uero hęc fœdera senatus approbarit: duo millia & qngenta: annis duodecim subinde sequētibꝰ decem millia & quingēta: quę per partes singulis romam deferantur annis. Tradere preterea nobis captiuos & transfugas omnes eū uolumus. Eumeni uero quęcunq; residua ab Attalo eius patre ꝑ fœdus debet restituere. Hęc Antiocho sine fraude exhibenti pacem amicitiamq; pollicemur cū senatus iusserit. Huiusmodi a Scipione prolata legati admiserūt: & statim quidē pecuniarū partem: & uiginti obsides exhibuerūt: inter quos & Antiochus iunior fuit Antiochi filius: quem romam Scipiones cum legatis demisere. Senatus his perceptis fœdera non nulla addidit & perscripsit: quę a Scipione dicta cōfirmarent: & pro imperfectis quędam adderent: & breuia alia comprehenderent. Videmus quippe dixere Antiochi principatus duo esse ꝓmontoria calycadinū uidelicet & Sarpidoniū: ultra hos ī bello Antiochum nauibus uehi nequaq̄ uolumus. naues cataphractas duas & decē duntaxat a principio habere quibus

in subditos bello utatur: bellantē uero pluribus uti posse: neminem ex romanis apud eum peregrinū esse: neq̨ transfugas ex ipsis penes se recipere: obsides infra trienniū mutare posse Antiochi filio excepto. Hęc a Senatu conscripta: & in tabulis ęneis ad capitoliū affixa sunt: ubi & alia fœdera apponi solita. Antigrapha uero Manio Ulisoni exercitū a Scipione suscepturo Senatus misit: a quo iusiurādū cū Antiochi legatis circa apamiam phrygię pręstitū: quod ab Antiocho uicissim Thermo tribuno ad ipsum pręmittēte firmatū est. Hic igitᷣ belli finis cū Antiocho magno romanis fuit: uisumq̨ est ad hęc usq̨ ꝓcessisse ob Scipionis filij gratiam ab Antiocho habitam. Qua ex causa non nulli Scipionem cū domū redijsset calumnijs aggressi sunt: Interᷣ quos & tribuni duo fuere qui Scipionē peculatus & proditionis accusarēt: Verꝝ ille despecta accusatorū improbitate cum in iudicium uenisset ea met die: qua carthaginem subegerat sacrificium pręmisit in capitoliū. Ipse ad iudices profectus gestu uenusto: nec ut obnoxij solent miserādo & abiecto omnes ī stuporē eius: beniuolentiamq̨ cōuertit q̄si bonitate confisus ac uirtute: cętera haud multifaceret. Deinde loqui orsus accusationis uerbū nullū fecit: uitę autē eius studia & exercitationes omnes rettulit quotiens pro patria bellū gessisset: & quemadmodum bellare solitus: quotiens deinde uictoriā adeptus esset ita ut audientibus iocunditas quędā ob magnitudinē gestarū rerū facile occurreret. Cum uero altius progressus esset a primordio belli: quod cū carthaginensibus olim gesserat sermone ī longū producto & multitudine ad audiendū intenta sic inquit. Quoniā hac ipsa die hęc omnia deuici: & carthaginē uobis subegi ciues prius nobis formidandā ad capitoliū sacra facturus accedo: quod & a uobis pariter quibus patrię amor inest mecū reor esse faciendū. His dictis nihil iam de accusatione sollicitus uersus capitolium gressus mouit: quē ingens multitudo plurimiq̨ iudicū uotiua acclamatione

Astutiam attende romanam.

Copię. Antigrapha Manius Uliso

Belli finis.

Accusatur Scipio.

Attende magnanimū uirum.

Scipionis uerba.

Scipionis laus

Aristides.
Socrates.

Laus Epaminundę.
Pelopidas.

Qui ui alterius principatū gerebat morte mulctabatᵗ. attēde

Verba uiri fortis: & prudentis.

Leucia

secuti etiā sacrificanti una cōsenserūt. Accusatores ob hęc consilij inopes ulteriꝰ accusationē ꝓsequi nō ausi ueluti imꝑfectā: fauorē quoqꝫ populi uerebātᵗ uitę ipsius modestiā accusatione & calūnijs potiorem intuentes. Scipio uero huiusmodi calūniā gestis suis indignā aduersatꝰ Aristide mihi sapiētior uisus est fuisse: cū peculatus & ipse reus diceretᵗ: & Socrate ī ijs quę ab accusatoribus obijciebantᵗ nullū in simili indignitate facientes uerbū: uel ea etiā loquēte quę Plato meminit. Magnificentius & illud Epaminūde dixerim: qui boetijs prefectus una cū Pelopida militaribus functus est officijs. Permisere autē eos thebani exercitū utriqꝫ dantes ut archadibus & mesenijs aduersus laconas depugnātibus afferrēt opē. Cū autē ea quę mente agitabāt nōdū executi essent ī iudiciū eos uocauere. Hi uero belli curā ne successoribus qdē ut mos fuit infra sextū mensem prestitere: uerꝫ tam diu morati sūt quoad lacedęmoniorū pręsidia expulere ex oppidis & archadū illis imposuerūt Epaminūda milites ad hęc cōpellente: eosqꝫ ab omni mulcta quę ꝓpterea inferretᵗ defensurū pollicente. Cū autē in patriā reuersi essent accusatores unūquēqꝫ ꝓsecuti morti dānauere. Sic enī ex lege ꝑscriptū erat ut q ui alteriꝰ principatū gereret morte mulctaretᵗ. Qua ex causa amici eiꝰ ī fugā uersi eiulatu multisqꝫ uerbis culpā ī Epaminundā referentes eos sic instruxisse ut diceret: & dicentibus adesse testem fatebantᵗ. Tū ille morti cōdemnatꝰ confiteor inquit me inique gessisse principatū: & quos absoluistis a me coactos esse: nec propterea uitā ob scelus deprecor. Hoc solū a uobis peto ut pro ijs quę a me gesta sūt sepulchro uelitis inscribere. Hic est inquit qui circa Leuciā uictoriā adeptus: & patriā hostes non ferentē ne quis peregrinus laconicū pilon habeat supra Spartā ipsam deduxit: hic patrię iniqtate ob eius utilitatē extinctus est. Hęc effatus e tribunali descēdit: uolētibusqꝫ eū abducere corpus obtulit. Verꝫ iudices sermonis

inuidia cōmoti cū responsum eius admirarent̃ uiri quoq; auctoritatē erubescerēt sortes assumere nō ausi e iudicio abiere. Hęc ut cuiq; gratius fuerit adiudicare licet. Manius uero qui Scipioni in imperio successerat regionē ab Antiocho ereptam pręsens ipse suscepit: & Galathas qui cum Antiocho pugnauerant latrocinijs deditos; & ad mysium olympum fugientes ipse non sine iugi labore supergressus montem e fuga reuocauit interfectosq; pręcipitauit e rupe: qui tamē ob multitudinē annumerari nequiuere: Captiuorū ad quadraginta millia ab eo habita quorum arma combussit igne: Corpora cum tantam turbam inter bella educere haud quaq̄ posset cęteris barbaris finitimis uendidit. Ipse inter tectosagos & proemos ī insidias delapsus demū aufugit. Reuersus inde ad eos: qui morabant̃ adhuc & ob multitudinem immoti cōsistebant leuis armaturę milites aduersum misit: & ipse circumequitans iaculari iussit: neq; in unū confertos: neq; finitimos hostibus. Nullo autē telo in irritum cadente ob hostiū turbā ad octo millia occidit: reliquos usq; ad Halym fluuiū insecut⁹ est. Ariarathi autē cappadocum regi: qui propugnatores Antiocho miserat uerenti admodum & ut ducenta talenta susciperet oranti regionem reliquit intactam. Ipse in hellespontum reuersus est cum ingenti gaça pecunijs prope innumerabilibus pręda grauissima & exercitu pondere onusto. Quę uero hactenus/ nulla ratiōe ab eo facta existimantur. nam ęstatis temporibus nauigationem distulit: & pondus earū quas ferebat rerū haud multifaciens neq; sollicitus labore & industria exercitui iter aperire nō ad bellū intento: sed domū spolijs redire properanti p thraciā ꝓuectus est iter longum & angustum & difficile ad superandū caloris tempore: neq; in macedoniam ad Philippū mittere curauit ut illi occurreret quo tute progredi posset; neq; exercitū ī partes multas diuidere ut facilius incederet; & necessaria paratiora

Manius Scipionis successor.

Tectosagi & Proemi.

Halys fluuius.

Ordo exercitui habendus.

Manij reditus.
Rhodij.
Eumenes rex.

Attalus.

Mors Antiochi magni.
Seleucus hęres inſtituit.
Fratris pietas.
Antiochus iunior obſes liberatur.
Demetrius obſes loco Antiochi romanis dat᷑. Seleuci obitus.

haberet: neq; uaſa deferentes ĩ ordines rectos ponere ut ſe inuicem tueri poſſent ueꝝ omnem in longitudinem immenſam exercitum deduxit & impedimenta ĩ mediũ ſtatuit ita ut neq; pręcedentes illis opem afferre poſſent: neq; ſubſequentes ob longitudinem ſimul & itineris difficultatē. Qua ex re undiq; ex tranſuerſo inſurgētibus thracibus plurima pars pręde ſubtracta eſt: publicę quoq; pecunię: & ipſius exercitus arreptę hoſtibus ipſe cũ cęteris in macedonia ſaluatus eſt. Quo in loco maxime intueri licuit quantũ ad Scipiones pręmittēs ꝓfuerit Philippus: & quantũ uiciſſim peccarit Antiochus: qui Chetonneſũ reliquiſſet. Manius ex macedonia ĩ theſſaliã ueniens ex theſſalia in Epirũ: inde ad Brunduſium tranſgreſſus eſt: ac reliquũ exercitus ad propria demittens romã acceſſit. Rhodij & Eumenes pergami rex ꝙ bello in Antiochum una conſenſiſſent animis elati romã legatos ſuos demiſere. Senatus rhodijs lycios careſq; cõceſſit: quos paulo poſt ab ipſis abſtulit q̃ſi perſeo potius regi q̃ ipſis in perſeũ depugnantibus promptos ac fauentes. Eumeni quęcunq; reliqua ab Antiocho ademerãt exceptis gręcis qui in ipſis erant perſtitere. Horum uero quicunq; Attalo Eumenis patri tributa ꝑſoluiſſent Eumeni quoq; prębere uoluere. Qui Antiocho prius penderant tributo liberarunt: ac ſuis legibus uti permiſerunt. In hunc modũ romani quę bello ceperant partiti ſunt. Magno deinde Antiocho exempto rebus humanis Seleucus eius filius hęres inſtitutus eſt: qui fratrem Antiochum obſidem apud romanos tradito eius loco Demetrio filio liberauit. Is cum in patriam reuerteret᷑: & iam athenis propinquus eſſet Seleucus ex inſidijs Heliodori cuiuſdam ex ſuis interficit᷑. Heliodorum porro regnum ſuſcipere conantem Eumenes & Attalus ui pepulere Antiocho in regem ſubſtituto: cui uiro blandiebant᷑ maxime. Ex nõ nullis

quippe offensionibus iam romanos suspectos habere cœperant. In hunc modum Antiochus Antiochi magni filius syrię principatum adeptus est: quod nomē apud syrios iam pridem insigne fuerat ꝙ arrepto ab exteris regno ipse indigena rex habitus est. Firmata itaq; cū Eumene beniuolentia atq; amicitia/ Syrię & quę circum incolunt gentibus imperio pręfuit/ Satrapem in babylonia Timarchum habens: ad exigendos autē redditus Heraclidem germanos inuicē: qui ambo antea exoleti illius fuerant. Exercitum quoq; in Artaxam armenioꝝ regem duxit: quo capto excessit e uita Antiochum nouem iam habentē annos relinquens filiū: quem ob patris uirtutē syrij Eupatrum cognominauerunt. Hunc puerum Lysias aluit. Senatus cū Antiochi stirpem ad minimū redactam: & breui interituram uideret lętatus est. Demetrium autem Seleuci filium Antiochi illius pręclari nepotem filiorum magni Antiochi puero illi consobrinū & romę obsidem cum annum tertium supra uigesimum agens in regnum demitti posceret quasi utilius futurū populo romano nequaq̄ concessit haud utile arbitratus iuuenem iam ętate adultum pueri loco syrię pręesse regno. Intelligens deinde elephantorum gregem & naues plures ijs: quę Antiocho ex pace concesserant in syria asseruari legatos misit qui elephantos interfici: naues igne absumi iuberent. Miserandum itaq; spectaculum prębuit bestiarum interitus iam manu assuetarū & quę rarę apud omnes erāt. tum ignis classi iniectus. Quo spectaculo cōmotus quidam in laodicia urbe Leptinus Gneum Octauium legatorum principem deprehensum intra gymnasium occidit: quem deinde Lysias sepulchro dedit. Demetrius igit͛ iterū senatum ingressus ex seruitute duntaxat liberari postulabat cū

Antiochus iunior syrie principatū obtinet.

Timarchus

Artaxas rex.

Mors Antiochi iunioris.

Lysias.

Senatus lęticia ob defectionē stirpis Antiochi.

Leptinus.

Demetrij fuga.

Attende facinus.

Soter

Demetrij donum.

Leptinus qui octa uium i[n]teremit

Olophernes

Ariobarçanes.

Bellũ Mithridaticũ.

Parthi.

Tigranes armeniȩ rex.

Rex regum.

Antiochi loco obses datus esset: Antiochus autem interijsset. Cum uero id consequi non posset clanculũ enauigauit: & syrijs pergrate eum suscipientibus imperio prȩfuit: Lysiam pariter ac puerũ necauit: Heraclidẽ quoq; e babylone expulit: Timarchũ uero illi aduersantẽ tandẽ peremit: plurima alioqn in babylonios nequiter agentẽ. Quibus ex rebus imperantibus babylonijs Soter ab illis appellatus est. Adeptus igitur imperium Demetrius decem millium aureorum coronam ꝙ obses apud romanos fuisset gratis illis misit: unaq; Leptinum destinauit: qui Octauiũ interemerat. Illi suscepta corona Leptinum recusarunt iam inde crimen in syrios ad tempus obseruãtes. Demetrius ex cappadocum regno Ariarathe depulso Olophernem mille talentis eius loco induxit fratrem Ariarathi habitum. Cȩterum romanis Ariarathem & Olophernem ueluti fratres inuicem regnũ administrare placuit. Decedentibus igitur his & Ariobarçane haud multo post sub Mithridate ponti rege deuicto Mithridaticum bellum subinde & in alios fieri cœptum maximũ quidem & multiforme & quod a plurimis nationibus per quadraginta fere annos gestum est: in quibus multi syrijs principes ex regio genere uerũ tẽpore ꝑbreues extitere: multȩ prȩterea defectiones & reditus in regna facti sunt. Parthi ab his deficientes ĩ Seleucidarũ regnum mesopotamiam sibi uendicarũt: quȩ Seleucidis parere assueuerat. Et rex armeniȩ Tigranes/ꝙ nationes quasdam finitimas proprijs utentes regibus sibi subegisset rex regum existimatus est. Seleucidas prȩterea parere recusantes bello deuicit: Non aduersante etiam Antiocho eusebij Tigranes syriȩ ultra euphratem potitus est: omniũq; syriȩ nationum usq; in ȩgyptum tenuit & ciliciam. Nam & hȩc

Seleucidis olim paruerat Megadatē quendā per quattuordecem fere annos ī uniuersam prętorem statuens. Lucullo deinde imperatore romano Mithridatem: qui ad Tigranē confugerat bello persequēte Megadates cū exercitu opem allaturus illi occurrit. Quo tempore Antiochus eusebij in syriam delatus syrijs sponte obsequentibus regnum cepit. Lucullus deinde cum Tigrane primum cōgressus & parthis per eum prouincijs expellens patrio tamen regno non priuauit. Pompeius deinde cum Mithridatem Lucullo abstulisset Tigrani armeniam habere concessit: Antiochum e syriorū regno expulit cum nihil is in romanos deliquisset: hac re ut arbitror commotus quoniam facile erat exercitū plurimū habenti principatum inermem tollere. Verbo autem ꝙ Seleucidas sub Tigrane deuictos syrijs magis preesse q̄ romanos haud ęquū arbitrabat̄ qui Tigranē superassent. In hūc modū romani cilicię: & syrię quę ī mediterraneis colitur & inferior appellat̄ ac phoenicis: & palęstinę: & omnis pręterea syrię quocū ꝗ nomine nuncupet̄ ab Euphrate usꝗ in ęgyptū bello prefuere. Vnico iudeorum genere aduersante Pompeius cum exercitu profectus regem eorum Aristobolum romam misit: Hierosolymam urbem magnam: & prę cęteris sanctiorem apud eos uicit: quam olim Ptolemęus primus ęgypti rex euertit: & Vespasianus iterum restitutā diruit: & Hadrianus ętate mea subuertit: qua ex causa iudeis tributa corporum, reliqua eorum substantia grauiora sunt: Estꝗ syrijs & cilicibus anniuersarius cuilibet possessionis cuiusꝗ impositus. Pompeius uero nationibus quę Seleucidis parere assueuerant non nullis reges proprios imposuit ac dynastas quemadmodū galathis in asia quattuor dynastas attribuit: eorumꝗ

Megadates

Lucullus.

Pompeius.

Romani totius syrię domini.

Iudęorum genus romanis aduersum.

Aristobolus rex.

Hierosolyma.

Ptolemęus primus rex ęgypti hierosolymā euertit. Vespasianus diruit. Hadrianus subuertit: quo tempore Appianus.

Cilicum & syriorum possessionibus anniuersarius impositus.

Augustus imperator.

Qua ex causa pretores creati.

Gabinius.

Herodes Mitridatis fr.

Ptolemeus ab aegyptijs pulsus a Gabinio in regnum restituitur

Hoc Ciceroni pro optio fuit

Bellum nefastum.
M. Crassus.
L. Bibulus.
Saxa.

Optimū historię modum attende.

Alexander syrię imperauit.

tetrarchias confirmauit ut aduersum Mithridatem auxilio essent: quę non multo post Augusto imperante ad romanos cōcessere per partes. Syrię preterea Scaurum: qui cum eo in prelijs questuram gesserat Pompeius presidere iussit. Senatus Marcum Philippum pro Scauro: Marcellinū uero Lentululum pro Philippo pretores ambos esse uoluit. Ceterum in utroq; tempus elapsum est dum arabes finitimis aduersos repellūt. Hac de causa pretores subinde creati sūt qui nomine prę ceteris in urbe pollerent ut ex ordine belli exercitusq; quemadmodum consules haberent potestatē. Horū primus Gabinius cū exercitu missus: qui bellū gereret. Mithridates parthorū rex principatu eiectus ab Herode fratre ex arabia ad parthos se contulerat. Ptolemeus uero undecimus ęgypti rex & ipse regno pariter expulsus multis pecunijs hortatus est ut a parthis in alexandrinos se conuerteret: Et quidem Ptolemeum Gabinius in regnum restituit illato alexandrinis bello. Sed is romanorū consilio damnatus aufugit, q; absq; Senatus decreto ęgyptum inuasisset bello apud eos nefasto ex Sybillinis monitis pro Gabinio mihi uisus est syrię Crassus prefuisse: quo pugnante ingens clades accepta est. Lucio deinde Bibulo post Crassum syriam tenente parthi in eum mouere bellum. Saxa porro post Bibulum regnante usq; ad Ioniam parthi peruenere romanis inter se discidētibus ciuili bello. Sed de his latius in parthorum libro referemus. In hoc autē qui Syrius inscribit quēadmodū syriam adepti sunt romani & ī hunc in quo nunc est gradū statuerūt abunde diximus. Non incongruum tamen uidetur cū de syria scribamus ad macedones transire: qui ante romanos illi prefuere. Alexander nempe syrijs supra persas imperitasse dicitur & omniū rex

inquantū pgressus extitisse. Alexandro demū intereunte usq; ad sobolem eius modicum quid omnino qua nondū edita macedones Philippi desiderio Arideum Alexādri fratrem eorū regem statuere q̄q̄ haud admodū prudentem habitum: quem Aridei loco Philippū appellarūt. Operientibus interim illis Alexandri sobolem (nam uxorem eius grauidam seruabant) amici prouincias inter se partiti sūt Perdica illis sub Philippo diuidente. Non multo deinde cum decessissent reges Satrape eorū loco creati sunt. Syriorum autē primus satrapes Laumedon mitylenęus instituit. Ex Perdica & Antipatro post Perdicā regibus cunctis pręsidente. Ptolemęus ęgypti satrapes in laumedontem classe deuectus multis pollicitationibus ut syriā sibi traderet hortatus est quasi ingressum ęgypti quendam ac propugnaculum in Cyprum asserens: quod cū aspernaretur ille ui eum cepit. Laumedon interfectis ijs a quibus seruabat ad Alcetā profugit ī cariam: Sicq; aliquandiu syrię Ptolemęus pręfuit: & pręsidia urbibus imponens ī ęgyptum enauigauit. Antigonus uero phrygię & lycię ac pamphylię satrapes & custos totius asię institutus ab Antipatro cum in europam transmearet. Eumenē cappadocię satrapem & macedonū hostem a se iudicatū obsedit. Ille fuga elapsus mediam sibi uendicauit. demū ab Antigono interceptus neci dedit. Antigonus cum in patriā rediret a Seleuco babyloniorū satrape splendide susceptus est. Increpante deinde quendam ex ducibus Seleuco: neq; id Antigono pręsenti referante iratus rerum ac pecuniarū rationes ab eo petijt. Ille cum debilior existeret ad Ptolemęum in ęgyptū abijt. Antigonus post Seleuci fugam Blitora quendam mesopotamię ducem e principatu expulit q Seleucū abeuntem esset comitatus. Babyloniam uero ac mesopotamiam aliasq; ex medis supra Hellespontum nationes sibi subdidit.

Arideus Alexandri frater.

Perdica.

Satraparū origo.

Laumedon.

Ptolemęus.

Alceta.

Antigonus.

Eumenes.

Seleucus.

Blitor.

Decedente autē Antipatro a cęteris satrapis inuideri cœpit ꝙ tantū regni tantūq; terrę solus possideret. Seleuco igiť in primis suadente Ptolemęus ac Lysimachus thracię satrapes: & Cassander antipatri pro patre agens in unū cōuenerunt: pręmissisq; ad Antigonū legatis regiones: ac pecunias ꝑ eū habitas macedonibus qui e regnis decidissent partiri poposcerunt. Irridente eos Antigono bellum in cōmune statuerunt. Ille ex aduerso paratis copijs quęcunq; pręsidia in syria relicta erant ab Ptolemęo expulit. Phœniceam deinde ac syriam: quę inferior diciť Ptolemęo adhuc parentes sibi asciuit. Profectus subinde ad cilicias portas Demetrium filiū uix annū secundū & uigesimū agentē cū exercitu reliquit in Gaça aduersus Ptolemęi motus in ęgyptū quem Ptolemęus iuxta Gaçam ingenti pręlio uicit. Demetrius ad patrem redijt. Ptolemęus Seleucū in babyloniam ut principatū susciperet emisit: pedites porro mille: equites tercentos illi dedit: cū quibus licet paucissimis Seleucus cęteris suscipientibus babyloniā prompte inuasit: & principatū haud multo post in imensum extulit. Antigonus interim Ptolemęo succensebat. demū nauali pugna circa Cyprum euicit Demetrio filio una militante. Qua uictoria tam illustri adepta exercitus ambos reges appellauit Antigonum scilicet ac Demetrium. Intereuntibus interim regibus Arideo Philippo & Olympiade cū Alexandri stirpe proprij exercitus Ptolemęū regē nominarunt cū post acceptā cladē haud minus tamen ijs possideret qui uictores habebanť. Illis autē ecōuerso eadē opinio aderat; quos statim reliqui imitati sunt: omnesq; e satrapis reges euaserūt. In hūc modū Seleucus babylonię pręfuit: medię pręterea imperauit: Nicatoremq; pręlio deuicit ex ijs qui ab Antigono in mediam satrapes relictus fuerāt. Plura quoq; bella cū macedonibus gessit ac barbaris. uer℞ duo in primis maxima cū macedonibus ipsis egit: ultimū cū Lysimacho

Bellum in Antigonū paratur.

Vincitur Ptolemęus.

Antigonus & Demetrius ab exercitu reges appellati.

Fit rex Ptolemęus a suis.

E satrapis reges facti.

Magni Seleuci historia fere usq; in finē.

thracũ rege. Primũ uero cũ Antigono iuxta hipseum phrygię eodẽ ducẽte atq; pugnãte cũ octogesimũ ętatis ãnũ attigisset. Postremo Antigono ĩ bello cõcidente qcunq; reges una cũ Seleuco in Antigonum cõuenerant eius regna inter se partiti sunt. Ex igit̃ tempestate Seleucus omnis circa euphratem syrię quę mari imminet: phrygię quoq; sup mediterranea regnum sortitus est: nationibus quoq; finitimis continue imminens cũ eas ad se suadẽdo attrahere potẽs esset & cogere mesopotamię armenię ac cappadocię quę Seleucis appellat̃. Persis deniq; ac parthis: bactrianis & arabum populis pręfuit. Epirũ insuper gordianos aracosios: & hyrcanos sibi subdidit: aliasq; adiacẽtes usq; ad indũ tenuit nationes: quę olim ab Alexãdro uictę fuerãt ita ut asię fines post Alexãdrũ hic maxime putet̃ attigisse. A phrygia quippe usq; ad indũ fluuiũ desup omnia Seleuco parebant. Indũ pręterea trãsgressus cũ Androcoto indoꝝ rege tam diu pugnauit quoad ipsũ in amicitiã affinitatẽq; pellexit. Et hęc quidẽ ante Antigoni obitũ: partim uero post ab illo gesta. Ferunt cũ sub rege militaret adhuc & ĩ persiã euntẽ sequeret̃ in didymea oraculũ huiusmodi obtigisse. Cũ enĩ de reditu suo ĩ macedoniã ꝑcontaret̃ responsũ fuisse Europã haud quęras: asię tibi tutior ora est: & ĩ macedonia paternũ larem inspirante nemine ingentẽ emisisse flãmã: matrẽ quoq; eius ꝑ somnũ existimatã esse quẽ ãnulũ ipsa reperisset Seleuco gestandũ tradere. Regnaturũ quippe illũ ijs ĩ locis ĩ quib9 decidisset annulus. Postmodũ cũ ancorã sculptã ferro iuenisset dedisse filio. Seleucũ autẽ iuxta euphratẽ eũ amisisse. Dicit̃ pręterea cũ ĩ babyloniã post hęc ꝓficisceret̃ ad lapidẽ quendã offendisse: quo euulso ancorã statim apparuisse. Tumultu subinde inter natos orto q̃si detentionis indiciũ id ꝑ se ferret Ptolemęũ lagi ad eos mittentẽ prędixisse firmitatis ancorã nõ detentiõis esse indiciũ. Seleuco uero ob hęc cũ regno potiret̃ ancorę sculpturã

Antigonus bello concidit.

Indus fluuius.

Androcotus indorũ rex.

Oraculum.

Ptolemęus Lagi.

Alexandro e sidone ĩ babyloniam reuertente pronosticũ de diademate. nota.

Pronosticũ de Seleuco itidem.

Seleucus socialis & equestris agminis dux instituitur.
Ephestion.
Perdicas.
Nicator quare Seleucus cognominatus: quasi uictoriosus.

Vrbes a Seleuco conditę.

Apamia ovr

Seleucia.
Laodicę.

pro annulo affuisse. Superstite adhuc Alexandro ac intuente aliud Seleuco signũ de principatu eius apparuisse memorant. Alexandro quippe ex sidone in babyloniam reuertente & per ipsas babylonię paludes cũ euphrates syriam terram inundaret nauigante incumbens subito uentus diadema e capite eius abstulit: uolitansq; in arundine non longe a quodã uetusti regis tumulo deposuit: quod regię necis signum in primis fuit. nautam uero adnatantẽ diadema capiti imposuisse ferunt: & Alexandro purum ab humiditate attulisse: eius rei pręmium a rege argenti talentũ accepisse. Auguribus autẽ illum interfici iubentibus non nullos Alexandro idem suasisse: alios aduersatos esse. Fuisse etiã qui prętermissis his non nautam uerꝝ Seleucum ad regis diadema adnatasse dicerent & capiti imposuisse quo puꝝ afferret. & hęc signa in fine ambobus accidisse. Alexandrum quippe in babyloniam finisse uitam: Seleucum Alexandri imperij plurimũ prętercęteros eius successores tenuisse. Hęc de Seleuco ab auguribus antedicta fuisse legimus. Discedente demũ Alexãdro dux socialis & equestris agminis instituit᷑: Quod & Ephestion quondã sub Alexandro: & post Ephestionẽ Perdicas rexerat. Dehinc babylonię satrapes: & rex demũ pro Satrape effectus cũ in pręlijs felicissime pugnaret Nicator cognominatus est. Mihi autẽ probabilius uidetur Nicatorẽ interfecisse: uel ꝙ corpore ingenti fuerit ac robusto: siluestremq; taurũ in Alexãdri sacrificio olim elapsum e uinculis sese opponens manibus tenuerit ambabus: quod ĩ statuis cõspicit᷑: quibus cornua desuper adiecta sunt. Vrbes autẽ condidit ad imperij eius magnitudinẽ sex & decem antiochias in memoriã paterni nominis. In honorẽ uero matris qnq; laodicias: nouem ĩ sui nominis seleucias: quattuor ĩ mulierũ suarũ cõmemorationẽ urbes: tres apamias: & stratoniciam unam: quarũ ętate nostra illustriores adhuc extant Seleucia quę ĩ maris littore sita est: & quę supra tigrim fluuiũ condita: laodicę

in phœnicea: & sub libano mōte Antiochia. Syrię quoq; Apamia. Alias pterea a gręcia aut macedonia aut ab operibus quibusdā suis nominauit: aut ad Alexandri regis laudē nomē indidit. Ob hoc ī syria & ijs q supra ipsam incolūt barbaris multa gręcorū multa quoq; macedonū oppidorū insunt nomina: Berria: edessa: perinth9: maronia: callipolis: achaia: pella: oropus: āphipolis: arethusa: astacus: thegea: chalcis: larissa: erea: & apollonia. Inter Parthos autē, Sotira: calliopi: charis: hecatomplis: achaia. In india pręterea, Alexandropolis. In Scythia Alexandrescheta. Et ob uictoriarū suarū famam ac memoriā: nicipborion in mesopotamia: & nicopolis ī armenia: quę cappadocię maxime confinis est. Fama est cū Seleucias urbes conderet eam quę mari imminet e cęlo tactam esse: & ob id fulgur, deū incolis ab eo traditū: solitosq; choreas ducere fulgur hymnis pręcinentes. Ad eam uero quę supra tigrim colitur: magi a Seleuco acciti: qui diem: & ex die horā qua fundamēta urbis iaceret eligerent cū illam ueluti iugum ipsis imponi formidarēt, horam ementiti sunt. Interea Seleucus horę intentus in tabernaculo cōsederat. Exercitus ad officium paratus quoad rex mandasset expectabat. Statim uero incumbente fatali hora a nullo moniti cum pręceptum sibi putarent esse milites ultro ad opus aduolant: nec cohibentibus tubarū strepitu cesserunt: eoq; modo urbem conditā esse ferunt. Seleuco uero id grauiter ferente & magos denuo de fortuna urbis consulente in hunc modum ueniam deprecatos respondisse. Fatalem quidem sortem o rex siue bonam siue malam neq; hominis: neq; urbis fas est permutare. Quędam enim urbium quemadmodum & hominū sors est. Hanc diuturniorem fore dijs uisum est: quę ab hac hora qua cœpta est sumpsit initium. Quippe dum urbem ut propugnaculum in nos futuram formidamus: quod fatale fuit aperuimus: quod ideo felicius habendū est simulantibus magis: te autem ignorante. Diuinitas profecto quędam

Antiochia.
Apamia.

Nomina gręcarū urbiū inter barbaros.

Fulgur deus.

Magi a Seleuco acciti ad eligendā horā condendę urbi accōmodā.
Magi horā ementiti.
Mirum.

Opinio magoꝝ de fato

Deus regit.

Iocundam lege histo/riam.

De Stratonica antiocho concessa a patre Seleuco

Erasistratus medicus.

felicitatē istā militibus ostendit tuis: quod in teipso hoc modo intellige ne nos simulare amplius credas. Tu enim rex cū exercitu tuo quiete degens operiendi cęteris pręceptū dederas: At hij: qui in periculis laboribus cōtinue mandatis tuis paruere neq; expectare neq; ordines seruare potuere: nec turmatim uez impetu quodam exciti neglectis ducibus mandatum sibi credidere: & mandatum quidem fuerat: & ueluti nō prohibente deinceps paruerunt. Quis igit̄ in hominibus rex deo potentior censendus est? qui mētis suę compos extitit: & condendę urbis nostri loco dux ipse affuit: succēsens nobis: finitimęq; stirpi nostrę. Vbi nam nostra quibunt cōsistere fortioribus undiq; nobis insurgentibus? Hęc igit̄ ciuitas feliciter a te condita ī dies adaugebit: ī longūq; manebit ęuum. Nobis autē qui rerū nostrarū caritate ducti erga te deliquimus propitius mentē firma. Hęc deprecantibus magis lętatus rex sponte ueniam illis tribuit. Huiusmodi de Seleucia urbe ꝑcepimus. Seleucus uero Antiochū filiū superstes adhuc omnis quę desup est regionis/eius loco regem esse uoluit. Et q̄q̄ id magnificū ac regale existimari queat magnificētius tamē ac sapiētius quiddam adolescentis amor & ad amorem eius insignis moderatio uidetur attulisse. Stratonicem quippe Seleuci uxorem Antiochi ipsius nouercam & iam puerum Seleuco enixam misere adolescens deperibat: uez passionis impudentiā abhorrens nō facinus aggredi non palam cuiq; facere audebat: tantū morbo indulgens ultro mortem appetebat: neq; Erasistratus medicus inter ꝑcipuos aulę a Seleuco habitus ualitudinis huius causam scrutari poterat: quoad corpus eius omni ex parte sincerū intuens animę ꝑfecto egritudinē illā esse arbitrat⁹ est: cuius amantis & infirme passiōibus laboraret corpus. Tristiciā nēpe & indignationē ac cogitationes alias a prudētibus plerūq; simulari: amorē uero intus tegi cōsueuisse. nihil horū tamen Antiocho sibi ꝑfitente satis ratus ī secreto deprehēdi posse ꝓpius assedit

& corporis ipſius mutationes quemadmodum ad quoſqꝫ in-
gredientes ſe haberet diligentius obſeruare cœpit. Quod cum
alijs ad eum accedentibus ſegnem torpidumqꝫ pari modo eſſe
cerneret Stratonice uero aſſidente ut eum inuiſeret mente ex
rubore cōſcientiaqꝫ confuſa uehementius turbari tacitūqꝫ pſi-
ſtere: corpus preterea q̄q̄ inuito eo reuiuēſcere admodū ac ui-
uacius effici: excedente ea conſidere ac debilitari ad Seleucum
profectus filiū eius inſanabili morbo correptum eſſe rettulit.
Cū triſtari & exclamare cœpiſſet rex: Paſſio hęc inquit Eraſi-
ſtratus amor eſt: & mulieris quidem amor uerū quā conſequi
haud potis eſt. Admirante admodum Seleuco ſi quem ipſe ob
adoleſcentis huiuſmodi cōiugiū precibus: pecunia: aut donis:
deniqꝫ totius regni ſui pollicitatione flectere nequirent q uni-
uerſę aſię imperitaret: ac ſuperſtite rege: qui morbo laboraret
daturum ſe pro ſalute eius quod quiſqꝫ uellet promittente: &
ſolū quę mulier hęc eſſet efflagitante. Eraſiſtratus meā inquit
uxorem deperit. Tum Seleucus quid ergo inquit tu tam bo-
nus & nobis adeo beniuolētia affectus & caritate: uirtute uero
& ſapientia paucis cedens iuuenem florentem ętate & regno
debitum: amici pręterea & regis filiū in infelicitate prudentē
& morbū adeo celantē ut mortē libens oppetat nobis non ſal-
uabis? uerꝫ Antiochū ſi deſpicies: deſpicies & inuicem Seleu-
cū. At ille regi aduerſatus incōuincibilem ſermonē ꝓtulit. An
tu inquit q̄q̄ eius parens ſi uxorem tuā cuperet Antiochus illā
ultro datur⁹ es? Hic Seleucus reges omnes ac deos ꝑſancte de-
ierans ſponte ſe ac lęte daturū obtulit: boniqꝫ parentis beniuo-
lentię exemplum cunctis exhibiturū erga filiū adeo pruden-
tem cōtinentemqꝫ paſſionis & huius mali prorſus indignum:
aliaqꝫ his ſimilia ediſſerens triſtari ac lamentari ni illi infelici
medicam afferret opem. Ille cū regis mentem non ſimulatam
quidē/uerꝫ ad rem promptam certamqꝫ diſcerneret paſſionem
omnē filij detegit: & quemadmodū id deprehēdiſſet enūciat.

Attende.

Aſtutus medicus.

Facete ac ſapienter.

Seleucus gaudio elatus unicū opus sibi superesse arbitratus est quo pacto id filio persuadendum esset: quo pacto & uxori. Cū uoti tandem sui compos esset coacto in unū exercitu: qui forte id presenserat quecunq; ab eo gesta essent edisserit. Deinde de principatu loqui orsus Alexandri successorem ī longum proferre q̄ maxime opus esse ostendit. Se uero senio confectum haud quaq̄ tanto imperio sufficere. Disposui itaq; inquit ipsius magnitudinē sine uestra in futurū cura diuidere & partem carissimis meis tradere. Aequi eritis ad hec pagenda mihi omnes: qui ad tantum principatus ac potentie post Alexandrum regē sub me euecti estis. Amātissimi itaq; mihi & regno digni uisi sunt: filius iam etate adultus & uxor: filij nempe ab his in flore constitutis statim orient̄: statim regni nostri aderunt custodes. Coniungam eos ad inuicem uobis inspectātibus: & reges gentium que desuper incolunt ambos statuam: nec uobis potius persarū mores aliarū ue nationū q̄ que omnibus communis est imponam legem: Iustum semper id esse uobis quod reges statuent. Sic ille effatus est. Exercitus uero tanq̄ regē ab Alexandro maximū & parentē optimū summis laudibus cœpit conclamare. Seleucus autē hec ipsa Stratonice: & filio imperans cōnubio adiunxit: solutosq; a se ī regnū demisit. Opus ꝑfecto memorabile & longe fortius ijs que ī hostes gessit meditatus. Satrapie quidē sub illo fuerāt due & septuaginta tantū ille imperij tenuit: quarū maiorem filio partem tradidit. Ipse a mari duntaxat usq; ad Euphratē regnū sibi statuit. Nouissimo demū bello circa Phrygiam que supra hellespontū est cū Lysimacho depugnans Lysimachum acie cadentem uicit. Inde hellespontū transgressus: & in Lysimachiam ascendens a Ptolemeo Cerauno cognomine qui eum sequebat̄ occisus est. Fuit autē Ceraunus ex Ptolemeo sotira & Euridice Antipatri filia genitus: quem egypti regno excedentē ob timorē patris ꝙ iuniori filio regnū dare decreuisset Seleucus filij in morem

Seleuci oratio.

Iustum esse quod reges statuunt.

Seleuci regnū ingens.

Ptolemeus Ceraunus

Seleuci mors.

Ptol. ceraun[illegible]

ea calamitate susceperat enutrieratq; qui se illi interfectorem subornauit. In hunc modum igit Seleucus perijt cũ tres supra septuaginta uixisset annos: duobus & quadraginta regno pręfuisset. Non iniuria itaq; in eum uersus ille accõmodari uisus. Europam haud queras: asię tibi tutior ora. Lysimachia quidẽ europę pars est: ac tum primũ ab Alexandri exercitu transitus in europam factus. Ferunt & de eius obitu non nunq̃ referente eo huiusmodi uersus peruulgatos esse. Argos effugiens fatali ĩ tempore perges. Argos cum fueris tunc sortem mortis obibis. Est enim argos peloponnensiũ: & argos amphilochiũ: argos quoq; in borestia: a qua argeadę macedones dicti: & quę in Ionio a Diomede errante putat condita: & si qua alibi terra argos dicta est ab illo diligenter quęsita & animaduersa. Ascendente autẽ eo in Lysimachiam ab hellesponto ara quędam magna & illustris ĩ conspectu aderat. Dum igit intelligit aut argonautas eam condidisse in colchũ nauigantes aut achiuos ad Ilion castra mouentes & ob id aram ab incolis corrupto uocabulo argos dici aut ꝑpter atridarũ patriã. Hęc igit dũ intelligit a Ptolemęo a tergo instãte occidit. Corpus eius Philetrus pergami pręfectus combussit igni cũ illud a Ceraunio pecunia ingenti redemisset: reliquias uero Antiocho filio misit. Ille ĩ Seleucia quę mari imminet sepulchro condidit. Templũ pręterea exedificauit: quod Niceteriũ deinceps appellatũ est. Seleucum audio cũ Alexandri scutifer adhuc esset per longũ tempus equitanti pedes astitisse: Cũq; ex labore deficeret apprehensa equi cauda insequi pseuerasse: Casu uero extremam aciem regij teli frontẽ eius perstrinxisse: Statimq; cruore effuso Alexandrum cum tenia careret diademate proprio obligasse uulnus: diadema ex cruore fœdatũ esse. Ob hęc Aristandrum uatem inspecto eo prędixisse ferunt, regem illũ futurũ quidẽ: uerũ cum maximo labore regnaturũ. Sic ille ꝑ quadraginta regnauit annos cõputatis ijs quibus satrapes habitus est:

Ingratitudinem nota.
Seleucus obiit anno aetatis suae LXXIIJ
Argos. q̄r
Argeadę
Ara.
Philetrus pergami pręfectus.
Templum niceteriũ a Seleuco conditũ.
Seleucus Alexandri scutifer.
Pręsagium regni Seleuci.
Aristander uates.

De morte Lysimachi nota.
Thorax pharsalicus.
Alexāder Lysimachi.
Agathocles Alexādri frater.
Templū Lysimachi.
Antiochus sother.
Antiochus deus.
Laodice
Beronix
Deus
Seleucus callinicus.
Seleucus.

Cęterū iugi labore ut septuagenarius adhuc bellum gereret: & depugnaus extinctus sit. Cū Lysimachus interfectus esset corpus humi stratum canis domesticus plurimum cōtendens atq; decertans ab auibus ferisq; illesum pręstitit: quoad thorax quidam pharsalicus inuentum humi condidit. Non nulli tradunt Alexandrum Lysimachi filiū qui ad Seleucum olim fugerat patrem ueritus ꝙ Agathoclem alterū eius filium interemerat deducente cane iam tabidum corpus offendisse: ossaq; in Lysimachiam cōdidisse eorum templo quod Lysimachum appellabat. Hunc igit finem ambo reges sortiti sunt cū uterq; fortissimo & excellenti corpore esset pręditus: & hic quidē ad septuagesimū uixisset annū: alter uero tres amplius attigisset: & quisq; eoꝝ in bello manu propria ad extremū usq; pugnasset spiritū. Defuncto deinde Seleuco qui deinceps ab illo syrię regnū susceperunt hi fere habent Antiochus primus: qui nouercā fertur dilexisse: & Sotheris cognomen habuit: Galathas ex europa in asiam transgressos expulit. Secundus Antiochus alter ex huius & nouercę coniugio genitus: cui etiam dei cognomen affuit a milesijs primū inditum/ ꝙ Timarchum eorū tyrannum expulisset: ueꝝ hunc uxor pharmaco necauit. Duas quippe habuit Laodicem scilicet & Berenicem. Ob çelū igit & nuptias Philadelphi filię a Laodice occiditur: & cū eo Berenice ac eius infans: quā ut ulcisceret Ptolemęus Laodicē interficit: & syriam deducto exercitu babyloniam inuasit: & ex ea tempestate parthi tum primū ab ipsis defecere ueluti iam perturbato seleucidarum regno. Post Antiochū cognomine deum filius eius Seleucus ex Laodice genitus regnum accepit Callinicus cognominatus. Seleuco autem ipsi filij duo affuere ętate adulti. Seleucus scilicet & Antiochus. Seleucus cū ualitudine minus prospera uteret: nec exercitui admodum gratus

esset ab amicis consulto per pharmacum sublatus est: cū duobus tantum regnasset annis. Antiochus uero is est qui magnus dicebat: de quo a principio rettulimus cū romanis bellū gessisse: annisq; septem & triginta tenuisse regnū: de cuius etiam filijs abunde scriptū est a nobis Seleuco scilicet & Antiocho: qui ambo reges extiterunt: Seleucus annis duodecim exiliter tamen & infirme regno pręfuit ob paternā cladem cū Antiochus non amplius duobus regnauisset: in quibus Artaxam armeniorum regem cepit: & in ęgyptum contra sextum Ptolemęum cum fratre destitutum a parentibus arma intulit. Cui circa Alexandriam exercitū habenti Popilius a romanis missus tabellā attulit: in qua hęc scripta inerant. Non pugnare in Ptolemęos Antiochū. Quam cū legisset ille: & ad consultandum tempus posceret circulum Popilius uirga conscripsit inquiens. Intra hunc consule. Quo mandato stupefactus ille statim abijt: & Veneris elimeę templum spoliauit: demum ex ualitudine tabescens mortē obijt filium nouennem reliquens Antiochum uidelicet cognomine Eupatrum: de quo uicissim a nobis dictum est. Dictum pręterea & de Demetrio: qui post eum fuit: & romę obses moram duxit. deinde cum clanculum effugisset regnū suscepit: & Sother a syrijs secundus post Seleucis Nicatoris filium cognomen meruit. Insurrexit autē illi Alexander quidam ex Seleuco se natum ementitus: & Ptolemęus ęgypti rex ob Demetrij odium Alexandro fauens. Verum Demetrius ob Ptolemęū regno eiectus statim obijt. Alexandrū porro Demetrius expulit Demetrij sotheris filius. & quia spurium genus superasset Nicator a syrijs post Seleucum secundus appellatus est: cum & ille ī parthos post Seleucū mouisset arma. inde ī captiuitatem lapsus apud Phraatem regem aliquādiu moratus est: quo tempore Rodogunem eius sororē

Artaxas armeniorum rex.
Ptolemęus sextus.
Popilius.
Tabellam nota.
Venus elimea.
Antiochus eupater.
Seleucus Nicator. qui supra.
Hic prosequit' syriorum regū historiam post Antiochi filios.
Phraates.
Rodogune

Alexander nothus.

Triphon

Antiochus Demetrij captiui frater.

Phraates

Cleopatra.

Antiochus Grypus.
Antiochus Cyçicinus

Grypus rex creatus matrẽ uenenũ sibi permiscentẽ bibere coegit.
Insidiatur Grypus fratri.
Seleucus Grypi filius
Ara Mopsi.

Antiochus Ciçicini Eusebius nominat.

rex connubio illi adiunxit. uerũ ad indignitatem quoq; Diodotus regum seruus Alexandrum puerum ex Alexandro notho & Ptolemęi filia genitũ regno induxit. Deinde interfecto eo regnum ipse inuasit: & Triphon sua sponte cognominatus est: quẽ Antiochus Demetrij illius captiui frater in Rhodo ob captiuitatem psuasus adijt ac eo interfecto paternũ regnũ non sine iugi labore recuperauit. Porro ĩ Phraatem bellũ mouens fratrẽ petere cœpit. Qua ex re Phraates timore percitus Demetriũ illi tradidit. Sed cũ in parthos denuo mouisset uictus semetipsum spõte occidit. Occisus est & a Cleopatra muliere Demetrius cum in regnũ reuerteretur ob Rodogunę nuptias çelo commota cũ ea ex causa Antiocho Demetrij fratri prius denupsisset. Erant autem illi ex Demetrio filij duo Seleucus & Antiochus Grypus cognomine. Ex Antiocho uero Antiochus Cyçicinus appellatus. Ex his quidem Grypum athenas: Cyçicinũ in cyçicum alendos misit. Seleucũ uero post Demetrij patris obitum diadema sibi uendicantẽ sagitta sustulit siue dolum uerita quo ĩ parentem eius usa fuerat siue furore quodam perosa omnes. Post Seleucum igitur Grypus rex creatus est: qui matrem sibi uenenum permiscentem bibere coegit: pœnasq; parenti suo pendere: haud absimilis profecto a matre Grypus. Insidiabat & ipse Cyçicino q̃q̃ ex eadem matre esset genitus. Quod pręsentiens ille bellũ fratri intulit regnoq; dimouit. Ipse in eius locum syrijs pręfuit. At Seleucus Antiochi Grypi filius motis in patrium copijs regnum illi abstulit. Ipse cum tyrannicus crudelissimusq; haberetur cilicię in ara Mopsi post gymnasium combustus est. Regnum deinceps suscepit Antiochus Cyçicini filius: cui cum insidiaretur Seleucus consobrinus eius syrij ob pietatem conseruatum putant: & ob id Eusebiũ nomine appellãt: re autẽ ab amica quę pulchritudinẽ

eius deperibat seruatus est. Mihi uero ad irrisionē potius hoc nomen a Syrijs uidetur inditum. Lunam quippe sibi cōnubio adiunxisse ferunt: quę & patri eius olim Cyçicino: deinde & Grypo patruo denupserat. Quemadmodū igitur huiusce diuinitatis participem Tigranes e regno depulit & filiū eius ex luna uicissim genitum & in asia innutritum: ob idq; asiaticum cognominatum Pompeius syrię regno priuauit ut a nobis superius scriptū est septem & ducentis a Seleuco elapsis annis. Eximo quippe Alexandrum: & Alexandri filium uelut nothos & seruum eorum Diodotū cessante adhuc Pompeio per annū duntaxat imperantem. Seleucidarū itaq; imperium per septuaginta ultra ducentos annos prouectum est. Et si ad romanorum tempora ab Alexandro usq; cōtemplabimur his septuaginta & ducentis annis quattuor & decem Tigranis computabimus. Hęc igit᷑ de Macedonibus qui in Syria regnarunt ueluti in aliena a nobis historia perscripsimus.

Luna.

Pompeius.

Seleucidarū imperiū per septuaginta & ducentos annos.

Historię cōclusio in Pompeium. Et sic historiā omnem Syrię intuemur ab Antiocho magno usq; ad romanorū uictoriam: Deinde ab Alexandro superius reuertendo usq; in Antiochum ipsum. Postremo ab Antiocho in Pompeium magnum.

Appiani Alexandrini sophistę Romanorũ liber explicit: qui Syrius inscribitur. Incipit eiusdem Parthicus felicissime. Traductio. P. Candidi.



Ost Pompeium: & deinceps ab eo quos in Syria magistratũ gessisse diximus Gabinius prętor qui eã prouinciam regeret emissus est. Is cum ĩ arabes deduceret Mithridates parthorum rex ab Orode fratre imperio eiectus ex arabia ad parthos ire persuasit. Ptolemęus autem undecimus ęgypti rex & ipse regno pariter expulsus multis pecunijs hortatus est ut a parthis in alexandrinos se cõuerteret. Ptolemęum igitur Gabinius in regnum restituit illato alexandrinis bello. Sed is romanorum sententia damnatus aufugit/ q̃ absq̃ senatus decreto ęgyptum inuasisset bello apud ipsos nefasto ex sybillinis monitis. Post Gabinium syrię Crassus prefuit. Quo pugnante in parthos ingens clades accepta est. Lucio deinde Bibulo post Crassum tenente Syriã parthi ĩ eam mouere bellum. Saxa porro post Bibulũ regente usq̃ ad Ioniam parthi puenere romanis inter se discidentibus ciuili bello ut a nobis superius dictum est: operepreciũ nihil tamen peregere ut latrocinijs potius q̃ bello functi uideantur. Sed hęc posterius gesta. Crassi autẽ casus ac calamitas parthorũ animos ad summũ extulit: qui deinde sub Antonio repressi sunt. Quemadmodũ uero id bellũ cœptũ sit a Crasso paulo altius uidetur repetendũ. Aderat forte comiciorũ dies statuto tempore: aspirabantq̃ permaxime ad consulatum in unũ concordes Caius cęsar: Pompeius magnus: & Crassus prenomine Marcus: qui nõ nullos ipsis aduersantes Ciceronem scilicet ac

Gabinius.

Orodes mitridam/ fr

Ptolemęus undecimus rex ęgypti.

Hec circa ... ęgypto

Corrige in Syrio.

L. Bibulus.

Saxa.

C. Cęsar.

Pompeius.

M. Crassus. Cicero.

M. prenomine

Catonem repellentes p uim magistratu potiti sunt: partitiq; inter se prouincias Cęsari in aliud quinquenniū galliam prius habitam ab illo confirmarunt: Sibi ipsis porro Pompeius & Crassus syriā hiberiamq; sortiunt: ex quibus syria Crasso: hiberia Pompeio obuenit: quę sors omnibus fere fuit acceptissima. Multi nempe Pompeium haud longe ab urbe esse cupiebant: & ipse uxoris amore diutius ī ea moram agitabat. Crassus accepta sorte ultra modum lętus nullam sibi pręsenti fortuna splendidiorē obuenire posse ratus est: adeo ut uix quietē ageret. Cum amicis enim uana quędā: ac fere puerilia pręter ętatem ex natura loqui solitus cum minime continēs & seuerus haberetur tunc admodū elatus & ueluti solutus omni lege nō syriam: nō parthos felicitatis suę fines apponere cōtentus: quę Lucullus in Tigranem: Pompeius in Mithridatem egisse dicerētur ueluti ludum quendam prę se ferens ad bactros usq; & indos & maris terminos inani spe seipsum efferebat. Sed cū ex huiusmodi lege bellum in parthos nullum traderetur, nemini ambiguum erat Crassum uoto suo decidisse. Scripsit autē illi Cęsar e gallia belli impetū collaudans & exacuens. Itaq; cū Ateius tribunus in egressu illi obstare cuperet: multiq; pręterea ī unū cōuenissent succensentes ac querentes q ī homines nihil mali meritos: fœdere etiam coniunctos populo romano bellum iniretur ueritus Crassus Pompeiū rogare cœpit ut illi adesset: unaq; auxilium afferret. Erat quippe Pompeio apud populum summa auctoritas. Quamobrem cum plures in unū uenisse cerneret: illiq; obsistere paratos uicissim acclamare, in medium progressus hilaritate uultus: atq; audacia eorum impetum motumq; compescuit. Subsecuto deinde silentio cū per ipsos progredi tentarēt Ateius aduersum factus primū quidē uoce cohibuit: & ne egrederetur testatus est: deinde ad lictorē conuersus ut corpore apprehensum detineat edicit. Cęteris

Cato uticensis.

Diuisio [illegible] p Crass. pomp. et Crassum

Crassi [illegible]

Ateius tribunus.

tribunis id ipsum prohibentibus lictor Crassum emisit. Tum uero accurrens Ateius sudem igne torrentē anteposuit ianuę obuiante illi Crasso delibatis auide sacris execratiões diras extulit & horrendas sęua quędam numina & immania inuocans atq; in eos imprecatus. Has quidem execratiões romani condi solitas: & antiquas profitentur: talem quoq; habere potestatē ut nemini fas sit qui ī eas inciderit effugere: pessime pręterea operari his utentem si non a conuenientibus his: aut a multis excitentur. qua ex causa Ateium pleriq; reprehendebant: qui ut urbem in Crassum irritaret ī execrationes impias & superstitionem tam ingentē eam cõiecisset. Crassus uero cū Brundusium uenisset nondū quieto & tranquillo mari classem soluit. Pluribus igitur amissis nauibus ui tempestatis reliquis assumptis copijs per Galatiā terrestri itinere ꝓfectus est. Ibi cū Deiotarum offendisset regem iam admodū senem nouā condentem urbem cauillo in eum usus o rex inquit duodecim horarum domū incipis? Cui surridens Deiotarus sed nec tu imperator inquit tempestiue admodum in parthos bellum moues. Erat enī sexagenarius iam Crassus aut paulo minus ętatis habens aspectu tamen senior q̄ ętate. Venientem autē ipsum primū quidē res haud eius spe indigne suscepere. nam & Euphratem ponte facile coniunxit & exercitum traduxit incolumem: ac urbes plures in mesopotamia ultro se dedentes accepit. Vnam uero ī qua Apollonius tyrannus pręsidebat cū milites centū in pugna perdidisset ui tandē captam dirripuit hostiliter: & rebus ademptis corpora subiecit hastę. Hanc urbem çenodociam gręci appelant. Qua capta passus se imperatorem dici ab exercitu haud mediocrem contraxit infamiam: uilisq; ab omnibus haberi cœpit quasi maiora desperaret: qui rem minimam tanti faceret. Impositis deinde pręsidijs ijs urbibus quas ceperat usq; ad numerum septem milliū peditū: equitū

Execrationes.

Deiotarus.

Duodecim horatum domū nota.

Apollonius tyrannus

Zenodocia urbs.

mille cum reliquis copijs syriam in hiberna cōcessit. Ibi susce-
pto filio quem Cęsar e gallia multis insignijs ornatū: & equi-
tibus mille electis stipatum miserat: in hoc primū errasse in re
bellica uisus est: & prioribus longe maius peccatū edidisse/ q
cum babyloniā ac seleuciam suscipere opus esset urbes parthis
continuo infensas tempus hostibus se pręparādi uisus est prę-
stitisse. Quippe in syria moram ducens cum pecuniarię magis
q̄ rei militari nauaret operam non armorum ordines supplere
studens: non milites contentionibus bellicis instruere sed red-
ditus duntaxat urbium excogitans & pecunias per plures dies
in hierapolichea lancibus expendens: & trutinis: populis prę-
terea ac dynastis militum rationes per epistolas imponens: &
afferentibus argentū acerbius ac ęquum erat uerbis insultans
tandem contemni & ꝓ nihilo haberi cœpit. Signa uero futurę
cladis huiusmodi fuisse constat. Primū quidē ab ipsa dea hanc
quippe non nulli uenerem: alij Iunonē: quidam originē ac se-
mina uniuersis ex humiditate tribuentem causam & naturam
nominant cum ex eius templo egrederetur primus in ipso li-
mine prolapsus est Crassus iunior: deinde supra ipsum Cras-
sus pater. Cum ex hibernis copias educeret legati ab Arsace ad
eum ueniunt breuem quendam sermonē afferentes. Ita enim
dixere. Siquidē a romanis exercitus in eos mitteretur bellum
contra fœdus esse ac nefandum. Sin inuita patria ut acceperant
ob propriam utilitatem arma parthis inferret regionē occupa-
ret ęqua Arsacem dicere: & Crassi senectutis misereri: dere-
linquere romanis uiros in custodia magis positos q̄ custodien-
tes. Ad hęc obstrepente Crasso: & responsū in seleucia daturū
pollicente unus ex legatis senior Vagises nomine uolam ma-
nus supinē proferens in hac inquit crines potius nascentur o
Crasse q̄ tu seleuciam uideas. Hęc autē ita intellexisse uisus est
ut Orodem regem prius debellandum esse diceret. Ex urbibus

Hieropolichea.

Signa cladis.

Crassus iunior.
Crassus pater.
Legati ab Arsace ad Crassum.

Vagises legatus.
Volam manus attēde.

autē quas in mesopotamia pręsidijs romani munierāt repente nō nulli decidentes mira quędam & sollicitudine digna referebant. ultro enim territi multitudine hostium ac bellorū quę ꝑ urbibus olim pertulissent ut amicis mos est omnia in maius extollentes ineuitabiles hos esse insequentes fatebantur. insuperabiles uero cum fuga raperentur sagittas oculorum aciem pennis anteuertere: ac prius q̄ emittentē cernere fas esset percusso insurgere. Ex ijs qui armis munirentur partim hostibus occurrere partim nemini insurgenti cedere. Quę omnia audientes milites fere conciderāt animo satis persuasi nihil armenijs & cappadocibus differre parthos: quos oppugnans Lucullus & persequens demum reliquisset. Grauissimam pręterea belli partem iter longum arbitrati hominumq; insecutionem nunq̄ inter manus uenturorum pręlia periculaq; pręter spem futura formidabant. Cum autem sacrificia quędam instanter eum facere oportere: iterumq; ex sententia omnia ꝓponere putarent tacite prodidere uates signa continue pessima & in sacris condita apparuisse Crasso. Sed neq; his mentē addidit neq; alijs quibusuis nisi festinare suadentibus. Non minus quoq; illū Artabaxes armeniorū rex ad bellū excitasse credit. uenit enim ī exercitu ad eum equitū sex millia qui custodes ac pręcursores regis feebant adducens: alios quoq; usq; ad decem millium numerum cataphractorum & tria peditum millia domesticorū pollicitus adducere: Crassumq; adhortatus est ut per armeniam in parthos transferret exercitum. non solum enim per ubertima loca copias deductuū esse ipso assistente ueꝝ tute incessurum per montes & colles inuicem coniunctos loca admodum difficilia adducentibus equos ī quibus omnis parthorum uis sita esset. Ille promptitudinē eius & militum ornatum collaudauit iter per mesopotamiam facturum

Lucullus.

Sacrificia.

Artabaxes.

se esse dixit: quo in loco multos ac pręcipuos romanorum reli-
quisset ciues. Armenius itaq; ad ea se conuertit. Crasso igitur
exercitū per pontem traducenti multa pręter solitum emicue-
re fulgura: plurimumq; ex aduerso militibus intonuit uentus
pręterea nebulis coruscationibusq; permixtus classes anchoris
annexas adeo concussit ut plerasq; ex ijs denuo submergeret:
duplici quoq; iactu fulgurū tactus est e cęlo locus in quem ca-
stra esset habiturus: Equus prętorius quoq; & eximie ornatus
ui distracto auriga ad riuū & ipse ĩmersus subito uideri desijt.
Ferunt & aquilam quę prius sublata esset a casu cōuersam de-
cidisse. Ad hęc porro euenere post iter cū necessaria forte mi-
litibus apponerent primum lentes & offas esse allatas quę lu-
gubria romani existimant & in funeralibus apponi solita. Ipsi
etiam Crasso ad milites concionanti uox excidit quę haud pa-
rum turbaret exercitū. Dixit enim se ideo pontem soluere ut
nemo ex ipsis posset retrouerti. Deinde errore cognito tristi-
ciam uerbi assumere & explicare ad eos qui in sinistrum id ac-
ceperant ob insolentiam neglexit. Postremo cum solito mo-
re lustraret exercitum & mactatis hostijs augur exta illi por-
rexisset decidere e manibus. Qua in re cum pręsentes subtri-
stari cerneret risu edito huiusmodi inquit senectus est sed nec
armorum ulla e manibus effugient nostris. Hisq; peractis co-
pias trans flumen mouit septem armatorū legiones ducens:
equitum paulo minus quattuor millia: leuis pręterea armatu-
rę equitibus parem numerum. Pręcursorum igitur non nulli
explorare iussi ad eum rediere nunciantes uiris quidem uacu-
am esse regionem. plura tamen equorum notasse uestigia ue-
luti e conuersione retrocedentium. Ob quę Crassus spe elatus
est. militibus quoq; parthos despicere contigit quasi ad ma-
nus ueritos accedere. Subinde autē Cassius & qui cum eo mi-
litabant Crassum hortabantur ut in aliqua urbium ex ijs quas

Transitus euphratis.
Omina Crasso oblata

Signa infelicia.

Lentes et offae lugubria a romanis [illegible]

Crassi copię.

Astutiā attende parthorum.

Cassius.

Abarus proditor.

Surena.

munierat copias reduceret quousqꝫ hostiũ motus certius audiret. Sin id recusaret ad Seleuciam uersus fluuium ductaret exercitum facilitatem quippe itineris rei frumentarię prębere copiam & ad salubritatem exercitus cõferre inuicem custodiã illis ne circũueniri possent pręstãte fluuio hostibus ex aduerso insuetis conferre manũ. Hęc igitur Crasso uoluente animo & adhuc consulente primarius quidam arabum nomine Abarus uir simulator ac perfidus ad eum uenit: qui omniũ deinceps calamitatum quas sors fœda illis attulit pręcipua causa uidetur extitisse. Hunc nõ nulli ex ijs qui cum Pompeio militauerant familiarem sibi & nominis romani haud inimicũ extitisse nouerant qui tunc Crasso ex sententia quorundã regis pręfectoꝝ se subiecerat ut eum longe a fluuio & montiũ itineribus auersum inter uasta camporũ spacia quoquo pacto adduceret. omnia etenim prius experiri q̃ iusta cum romanis acie certare parati erant. Is igitur ad Crassum ꝓfectus (erat enim eloquio ad suadendũ potens) Pompeiũ ut benefactorẽ in primis summis laudibus cœpit efferre. Crassum uero tanta potentia pręditum perbeatũ appellans inepte moram ducere questus est cunctantem ac se pręparantem quasi illi armis ac non potius manibus & pedibus uelocissimis opus esset cõtra homines qui iam pridem preciosiora suarum rerũ rapientes ad scythas & hyrcanos transferre cuperent. etsi pugnaturi sint inquit accelerandũ est tamen prius q̃ omnem in unũ adhortante rege conferant potentiam. nam nunc quidẽ Surena ad sillaces defert super ipsos aggressionem suscepturus. Id quippe nemini notum est. Hęc autem conficta erant omnia. In duas etenim partes potentiam suam diuidens Orodes ipse armeniam ingressus populabatur Artabaxem. Surenam uero aduersus romanos miserat non ea usus prudentia quam multi prodidere. nõ enim credibile erat Crassum primarium romanorũ uirum cõtemnentẽ Artabaxo

potius insurrexisse & armeniorum uillas belli sorte sibi eligere. Ceterũ hoc mihi uero similius uidetur esse periculo deterritũ se in tuto posuisse: & futurã sortem operientem Surenam aduersum delegisse hostibus an aliter eos circũuenire posset meditantẽ. non enim ex plebe Surena fuerat uerũ genere diuitijs & gloria regi secundus: fortitudine uero & robore inter parthos ętate sua fere primus. Ad hęc magnitudine & forma corporis nulli cedens: cõtinue a se ipso qui onera deferrent mille camelos solitus adducere: ducentos pręterea pellicum currus: equos cataphractos mille quos pleriq; leuiorum pręcedebant. Summa equorũ omniũ clientibus & seruis additis decẽ milliũ ęquabat numerum. Huic a principio ob generis nobilitatẽ id decus additũ ut primus parthorũ regi diadema apponeret. Orodem igitur hic primus in parthos deducentẽ iuuit auxilio: & Seleuciam urbẽ magnam prior ipse murũ supergressus cepit: aduersantes propria detrudens manu cum nondum trigesimũ ętatis attigisset annũ: consilij & ingenij nõ mediocrẽ adeptus gloriam. Quibus ex rebus cũ Crassum multifaceret ob audaciam & ingenij specimen primarium romanorum uirum ita ex timore & dolis rerum fortuitarum iam propinquũ obseruabat. Abarus igitur cum Crassum suasionibus a fluuio auertisset inter media camporum spacia deduxit nullis consita arboribus & inaquosa & quę circunquaq; proficiscentibus nullum pręberent itineris finem ut non sitim duntaxat & itineris difficultatẽ uerũ gradientium oculis uastitatem & desolationem anteferrent, non arborem aspicientibus non riuum non montis ascensum non germinantem herbam sed profunditas quedam & terrarum fluxus turpis desertusq; circumstaret exercitũ. His ex causis dolus iam suspectus esse cœperat. Postea uero cum ab Artabaxo armeno nuncij aduenissent: qui regem ingenti prelio detineri dicerent Orode ĩ illũ irruente auxiliũ

Surenę laudes.

Seleucia.

Detegitur dolus Abari.

Crasso mittere non posse suadere ut ad eũ se cõuerteret ut una cũ armenijs in Orodem bellũ gereret. Sin autem id negligeret proficisci cõtinue & castrametari equis peruia euitantem loca & colles eligentẽ Crassus ob irã nihil scribere dignatus hoc solum uerbis respondit Armeniã ne nunc quidẽ quietem agere Ceterum cũ ad eum redijsset Artabaxum proditionis pœnas daturum esse. Quibus uerbis subiratus Cassius & qui cum illo erant Crassũ in legatos seuientẽ admonitionibus lenire priuatim uero Abaro insurgẽtes dicere. Que te sors infelix ad nos detulit mortaliũ pessime quibus pharmacis ac ueneficijs Crassum impulisti in solitudinem tam uastam ac profundam dispergentem copias uiam ingredi numidis latronibus potius q̃ romano duci congruentẽ? Ad que Abarus uir fallax ac uarius se subijciens eos hortabat̃ suadebatq; permodicũ pati ac tolerare. deinde ad milites decurrens ac nõ nunq̃ auxilio assistens risu adoriebatur & salibus uos per campaniam iter facere fortasse creditis fontes & flumina umbrasq; nemoꝝ nec non balnea & hospitia assueti petere num recordamini inter arabum & assyriorũ fines proficisci? Sic Abarus romanos pedagogi in morem corrigebat cum ceteris prius q̃ eius proditio innotesceret adequitans non latuit tamen Crassum. Ceterũ hoc illi persuadebat ꝙ plura faceret ut terrorẽ incuteret hostibus. Ferunt die illa Crassum non ut romanis imperatoribus mos fuit purpurea ornatum ueste sed nigra indutum processisse eamq; cũ animaduertisset immutasse. Ex signis etiam non nulla ueluti infixa uix magno labore ab afferentibus trahi potuisse. Qua ex causa irridens Crassus agmen ꝓperare iussit phalangẽq; equitatui pariter accedere quoad non nulli speculatũ missi alios ab hostibus interfectos esse se ipsos uix eorũ manus effugisse dicerẽt aduentare illico eos ĩ pugnã paratos ingenti multitudine audaciaq; confisos. Quo nũcio cõmoti omnes ipse etiã Crassus

Conuitia ī abarum

Abari responsio

Hoc ualerius maximus

Significationes.

uehementer cœpit trepidare. Summa igitur festinatione nec admodum constanter milites in aciem eduxit. Et primū quidē ut Cassio uisum est phalangem leuius armatam in medium extendens ne circūueniri ab hostibus posset equitibus cornua firmauit. deinde immutato consilio ī unum reducens duplici munimento connexuit & quadrata ꝓfundaq; multitudine stipatam in duodecim acies disposuit quę singulę latera attingerent. iuxta aciem uero turmam equitū locauit sic ut nulla earū auxilio equitum careret sed ab omni latere eodem munimēto contectę essent. Ex cornibus alterū Cassio alterum Crasso iuniori dedit. ipse in medio constitit: Eoq; modo exercitū deducens ad riuum peruenit qui Balissus dicitur haud quaq̄ uberibus fluentem aquis gratum tamen militibus in tanta soli siccitate & ardore iuxta aliam difficilem aquisq; carentem itinerationem. Pręfectorum igit̄ plurimis eo in loco manendū uidebatur sustinendumq; ꝑ noctem & quoad potis esset hostium ordines multitudinemq; dignoscendam. demū cum illucesceret in eos ducendum. Interim Crasso iuniori & equitibus qui cum illo erant edictum ut iter agerent seq; ad pugnam prępararent. qua ex re elatus ille in ordine adhuc stantes si qui indigerent cibum capere ac prius q̄ ab omnibus abunde sumptum esset aciem progredi iussit non pedetentim nec ut ad pugnam quiete mouens uerum cita itineratione cōtinuaq; deducēs quoad hostes pręter eorū opinionē apparuere nō plurimi quidē nec admodū elati reliquā enim multitudinē pręcedentibus Surena submiserat & splendorē contegens armorū uestes & paludamēta illis iusserat adijcere. Cū appropinquassent & signū a duce datū esset primū quidē strepitu graui & horrendo campum circū intonuere omnem. Parthi etenim nō cornibus aut tubis pugnę signū dare consueuerunt uerū lances corio affixo concauas & clauis extenso ęreis simul ab omni parte uerberāt quę horrendū & profundū quiddam resonātes fremitu ferino

Attende quid sit quadratum agmen.

Balissus riuus.

Attende dolum.

Parthorū cōsuetudo in belli signis

Auditus propeta

Surena.

Belli principium.

Attende. Scytharum more

& subito tonitrus mixtam referunt similitudinē optime considerantes quoniam ex omnibus sensibus auditus permaxime conturbat animam & circa eam passiones excitat: & in primis omniū terret intellectum. Turbatis itaq; romanis inopino sonitu statim quidem operimenta iacientes galeis splendidis & clypeis lucente ferro coruscantibus induti prodiere equos insidentes ex ęre ferroq; uicissim cōtectos armis. Pręcipuus tamē inter omnes Surena & pulcherrimus aderat & ipse quidē uirtutis famę mollicie decoris haud similis uerū medico instruct9 apparatu uultū comasq; lorica distinxerat inter parthos longe insignis atq; formidandus. Primū igit̄ eos qui in fronte constiterant telis incessere ac ui propellere conati sunt. At cū acierū firmitatem armorum cōnexionem uirorum pręterea constantiā experti essent retrocessere & segregati hinc inde uisi unaq; acierum ordines dissoluere circulo quodam quadratam aciem ī unū collegere. Crasso autē uelitibus ut excurrerent imperante non multum quidem illi processere cęterum sagittarū multitudine oppressi iterum ad suos reuersi sunt quę res turbationis principium & terrorem attulit sagittarū uiolentiā & stridorem ītuentibus quę arma dilacerantes ęque mollia & dura penetrabant. Parthi uero eminus distantes sagittas undequaq; emittere cœperunt non distincte quidem iacientes cū romani densitate coniunctam tenerēt aciem sic ut etiam uolentes frustra sagittā emittere nō possent crebra uulnera recto ictu inferentibus telis ui adactis flexura neruorum ab arcubus firmitate magnitudineq; pręstantibus. Erat igit̄ iam clades aperta romanorū ordinē quippe seruātes undiq; sagittarū sauciebāt̄ incursibus cedentes tantundē a periculo aberant fugiebant enim simul iacientes parthi quod apud scythas fortissimū habet̄ eos nāq; sapiētissimos iudicāt qui ęque auxilio alijs adesse & se tutari nouerint fugęq; turpitudinē hoc cōsilio adimere. Romani uero quoad eos effusis sagittis ad pręliū accedere & manū una

collaturos credidere patienter eorum consultũ perpessi sunt. Cum autẽ sagittarũ ingentem uim a camelis allatam fuisse cognouissent quibus primi depugnantes denuo uterent᷑ animis collapsi spem omnem abiecere nec minus Crassus ipse commotus est. Nuncios igit᷑ ad filiũ pręmisit scrutariq; iussit si quo pacto hostibus se ĩmiscens prius q̃ ab illis circũueniret᷑ aduersos propellere posset nam ipsi potissimũ instabant iam enim cornu eius adequitabãt ueluti a tergo inhęsuri. Assumẽs itaq; iuuenis equites mille ac trecentos ex quibus mille a cęsare adduxerat scutigerulorũ etiam qui proximi aderant turmas octo ad impetũ misit quos parthi nõ nunq̃ euitantes aliquãdo telis incessentes & ut quidam referunt quo Crassum longe ab exercitu ꝑ astum interciperent nunc retrocedentes nunc cõuersi sequebantur quoad exclamans Crassus non expectant hi nos uiri insequi perseuerant: & cũ eo Censorinus & Megabachus & hic quidem magnitudine animi & fortitudine longe prior Censorinus amplius senatoriam nactus dignitatẽ & eloquio potens ambo Crasso amici & eiusdẽ fere ętatis. Insequentibus deinde dũtaxat equitib⁹ promptitudo omnis & hilaritas sperate occasionis ablata est uicisse etenim se existimantes & hostes ꝓsequi cũ longius progressi essent se dolo circũuentos cognouere cõuertentibus se ijs quos fugere putabãt & pluribus alijs illis insurgentibus. Hoc in loco aliquãtulũ morati hostes numero inferiores ad manus tandẽ uenturos crediderunt. At illi cataphrattis aduersũ romanis positis reliquos equites nullo ordine emissos circunfundunt qui campũ omnẽ quatientes arenarũ cumulos e profundo eruerent: puluere mq; ĩmensum excitarent. qua clade circũuenti neq; facile ꝓspicere neq; loqui romani poterãt sed ĩ arctũ deuoluti inter se uicissim corruebãt non tela iacere aut subdita intercipi morte cuiq̃ fas erat: cęterũ pasmo & dolore circũsepti undiq; a sagittis carpebantur quas cũ ui educere tentarẽt & mucrones barbulasq; e uenis neruisq;

Decipitur Crassus iunior.

Censorinus.

Megabachus.

Attende stratagema.

Cõflictus romanorũ.

diuellere seipsos affligentes mẽbra undiq; traiecta lacerabant. In hunc modum intereuntibus plurimis uiuentes quoq; nihil agere aut moliri poterant. Hortante igit̃ Publio ut cataphractos adoriren̄t manus clypeis infixas pedes a sagittis humi detentos ostẽderũt neq; se prelio neq; fugę amplius idoneos esse dixerũt. Ipse igit̃ ad equites aduolans audacter quidem in hostes deduxit seq; illis imiscuit uer̨ impar certamẽ erat cũ ęque ferire ac pręcauere opus esset nam cum debilibus quibusdã & paruis telis thoracis corio & ferro solidas inuaderẽt ex aduerso contis robusta gallor̨ corpora & nuda petebãt̃ quę res maxime eos extulit opera tamẽ rei militaris inclyta edidere nam cũ telis eos uulnerassent inuicẽ complexi uiros ab equis propellebant armor̨ grauitate haud facile se sustinentes. Plurimi pręterea eorum equis derelictis hostium subibant equos eosq; infra uentrẽ uulnerabãt. At hi dolore conciti & una patientes eodem momẽto ascensores & hostes inuicẽ sanguine madentes opprimebant. Afflixit autẽ uel maxime gallos calor & sitis utriusq; insuetos. Equos porro plurimi amiserãt hostilibus cõsumptos telis ui itaq; ad armatos reuerti properarũt Publium iam uulneribus confectum intuentes. Cum igit̃ semitam colli proximam uiderent ad eam accurrerunt: equisq; in medium redactis clypeis ab extra eos contegentes facile barbaros repellere putarũt quod ex aduerso illis cõtigit. In ordinibus quippe q posteriores sunt ab antecedentibus cõtegi solent. In hoc autẽ alij supra alios sine ordine locũ occupantibus & continue eos qui posterius resident detegẽtibus nullus fere modus fugę aderat. Cęterũ uno impetu ad ima pellebãt̃ tam ingloriã & inertem deplorãtes necem. Erant forte cũ Publio uiri duo e gręcis ibidem qui Carras habitabãt Hieronymus scilicet & Nicomachus. Hi illũ adhortari cœpere ut una cũ ipsis ad Ichnas fugeret urbem romano populo obsequentẽ quibus cũ respondisset ille nullã tam acerbã esse mortẽ quę Publiũ deterrere posset

Crudelis pugna.

Attende in ordinibus

Hieronymus

Nicomachus

ut eos linqueret qui pro se ĩ bello cecidissent salutem sibi quę-
rere adhortatus est complexusq; a se dimisit deinde cum manu
uti nõ posset sagitta saucius scutiferum ut se gladio conficeret
admonuit: ultroq; illi latus obtulit. Eodem modo Censorinũ
decessisse memorãt. Megabachus seipsũ gladio peremit quod
genus mortis ab illustrioribus seruatũ est. Cęteros adhuc sup-
stites parthi inuadentes telis oppressere uiuos nõ amplius qn-
gentis captos fuisse memorant capita Publij & qui cũ illo fue-
rant abscissa statim ad Crassum delata sunt. In hunc enim mo-
dum res processerat cum filium in parthos insurgere mandas-
set quidam ad eum uenit nuncians ingentem conuersionẽ as-
peramq; insecutionem in hostes fieri cœptã. Videns igit̃ per-
paucos ex ijs qui adesse consueuerant plurimi quippe effluxe-
rant aliquantulum gauisus est: suosq; in unũ congregans ex-
ercitũ ad opposita loca ire iussit filiũ iam inde ab insecutione
rediturum autumans. Qui autem a Publio pręmissi erant ut
nunciarent eum in periculo consistere in hostes delapsi primi
interiere: qui uero posterius uix effugerant Publium iam ce-
dere affirmabant ni magno ac repentino auxilio illi assisteret.
Crassũ igit̃ plurima aduersa distinebant. nihil enim ex ijs quę
acta fuerant ratione cõplecti poterat. timore uero ad omnia &
filij ductus caritate utrũ auxiliũ afferret aut non afferret dubi-
tabat. Tandem potentiã omnẽ inferre statuit. Inter hęc parthi
aduentabant clamore & exultatione longe priori bello formi-
dabiliores: ac plurima denuo tympana romanis obstrepebant
alterius prelij initiũ adesse ratis. Illi autẽ Publij caput afferẽtes
pilo infixũ & propius instantes cõuicijs Crassũ genusq; paren
tũ insectati sunt. nõ enĩ decuit aiebant Crassũ patrẽ inuirilẽ &
pessimũ filiũ adeo generosũ & splendidũ uirtutis spectaculũ
obijcere romanis. Sup alia autẽ dira & horrẽda eo℞ animos uel
maxime infregit nõ impetus ad uindictam pronus ut par erat
ue℞ terror ac trepidatio passim diffusa ĩ omnes & qdẽ Crassũ

Censorini mors.

Megabachus seipsum interficit.

Ingens clades.

Vicit pietas.

publius crassi filius

Miseranda historia.

Crassi uerba generosa.

in hac calamitate seipso fortiorē fama est exhibuisse. Clamore etenim circumiens acies ad me unū hęc clades pertinet o romani aiebat: Cęterꝝ maior gloria uirtutisq; felicitas ī uobis sita est si uos incolumes īuictosq; pręstabitis: & si mihi sors inuida filiū cunctorū optimū eripuit hoc saltē ira ostendite in hostes lęticiam illis ademite crudelitatem digna pœna uindicate: nec pro ijs quę nobis euenerunt animos uelitis abijcere. Necesse est nō nunq̄ eos pati qui magna adoriunt᷑: nec Lucullus quidem Tigranem sine suorū sanguine deuicit: neq; Scipio Antiochum. mille rates prisci illi nostri circa siciliam amisere: In italia imperatores: atq; duces plures quorū nullus ante uictus cęteros ne uictoria uterentur in hostes uetuit. Non enim prosperitate romani sed patientia & uirtute ad aspera queq; tendentes tantū potestatis & glorię sibi peperere. Hęc cū diceret & adhortaret᷑ Crassus perpaucos aures adhibētes animaduertit quinīmo eos exclamare iubens facile totius exercitus mœsticiam aperuit debilem admodū & inordinatam uocē emittentis. Econtra barbarorū audacia & exultatio undiq; eminebat. Prosequentes igitur inceptū opus serui quidem & scutigeri ex transuerso sagittas emittebāt. qui uero inter primos locati erant contis depugnantes romanos paruo quodam includere spacio nisi si quos mortē fugientes mira audacia in hostes impulit parua quędam ausos: ac subito sagittarum magnitudine acerbitateq; consumptos: quę cū telum ferro adijcerent equos non nunq̄: interdum binos homines transuerberabant. Eo modo depugnantes cum nox instaret intermisere prelium noctē unam Crasso elargiri profitentes ut filiū deflere liceat. nihil enim melius sperari poterat ī re sua consulente si ad Arsacem graderet᷑: uel ad illū prius adduci mallet. Parthi ꝓpius castrametantes in maxima spe uersabant᷑. nox permolesta romanis aderat non defunctoꝝ sepulchra: non saucioꝝ & pene intereuntium curam meditantibus sed singulis se deflentibus.

Mille rates circa siciliam amisere romani

Mira sagittarū uis.

Parthorū dictum de intermissione prelij nota.

Ineuitabilis quippe dies uidebatur per noctem operantibus & inter auia desertaq; camporũ spacia relictis. Vulnerati preterea ingentẽ desperationẽ afferebant impedimentũ nõ modicũ celeritati prestaturi si ducerent̃. Sin linquerentur uoce fugam prodituri. Crassum uero quanq̃ malorũ omniũ causam & originem esse scirent, alloqui tamen ac uidere magnopere optabant. At ille a ceteris diuisus in tenebris latebat fortune plurimis: sapientibus uero temeritatis & ambitionis futurus exemplar: qui cũ primus & maximus inter tot uirorũ millia haberi posset ꝙ duobus duntaxat inferiorẽ se putaret omniũ egenus sibi uidebatur. Tum igit̃ Octauius legatus & Cassius eum adhortari & excitare conati sunt recusante eo & animo fere concidente ipsimet duces: ac pretores in unũ conuocant. Cum excedere uisum esset consulentibus uerũ sine tuba per silentium agmen agere omniũ statim q se linqui existimabant ac id presenserãt tumultus ingens ac confusio fletu mixta exorit̃: Clamor quoq; uniuersum tenuit exercitum. Qua ex re trepidatio & pauor abeuntes cepit quasi subito eos hostes essent ĩuasuri. Itaq; plerunq; in ordines redacti saucios: qui eos sequebantur partim suscipiẽtes partim repellentes morã facere coacti sunt tercentis equitibus exceptis qui Gnatio duce circa mediã fere noctem Carras peruenerũt. Allocutus igitur Gnatius mœniũ custodes romano sermone Coponiũ admonere iubet ingentẽ pugnam a Crasso cũ parthis gestam esse: nihilq; ulterius elocutus: nec ipse quis esset referens equites per pontẽ intulit & qui cũ eo erant saluos prestitit. Non nullis igitur cõuicijs agitatus est ꝙ ducem reliquisset. Nam eius uox ad Coponiũ delata utilis Crasso fuit. Quippe hec animo uolutans Coponius cum nihil boni annunciare eum ex subito sermone confusoq; pciperet statim milites arma capere iussit: & Crassum nondũ uenire audiens obuiã illi prodijt eumq; cum exercitu intra urbem recepit. Parthi igitur ea nocte quanq̃ romanorũ motum fugamq; sensissent neutiq; insecuti sunt. Statim uero orta luce

Gnatius.

Coponius.

eos: qui ab exercitu relicti fuerant non plures quattuor milli-
bus aggressi ad unū interficiunt: plerosq etiam per agros pa-
lantes ipsi ī equis discurrentes capiunt. Quattuor preterea co-
hortes quas nocte Barguntius legatus deducebat cū a uia aber-
rasset in arctis deprehensas & se inuicem tutantes confecerunt
uiginti duntaxat hominibus exceptis: qui nudis ensibus per
medium eorum transeuntes non sine omniū admiratione ad
Carras peruenerūt. Interim ad Surenam falsus rumor delatus
est effugisse Crassum reliquosq cum eo optimos. qui autē in
Carris restitissent turbam īmixtam hominesq haud multifa-
ciendos esse. Arbitratus igit se totius uictorie finē perdidisse
& adhuc animo dubius & an uera essent scire cupiens utq ad
urbem delatus uel Crassum obsideret uel abeuntem sequeret
ad carrinos quendā ex suis premittit interpretem iubens sub
mœnibus romano sermone Crassum poscere aut Cassium: ac
dicere libenter Surenam in colloquiū cum illis esse. Hec refe-
rente interprete cū Crasso nunciatū esset postulationi eius as-
sensus est: ac paulo post uenere a barbaris arabes quidam qui
Crassum ac Cassiū optime ab aspectu noscerēt ī exercitu ante
pugnā uisos. Hi Cassium e muro intuentes Surenam fœdus
cum eis inire uelle dixerūt: concessurūq si regi amici esse uel-
lent & mesopotamiam linquere ut salui abire possent. Hec cū
utilia Cassio in extrema necessitate uisa essent cōditionēq su-
sciperet: locū autē & tempus diffiniri posceret quibus in unū
conuenirent id se facturos polliciti sunt. Gauisus igit Surena
ī hoc eos obsidione detinere posse orta luce parthos impulit:
qui multa aduersum comminantes eos admonerent si fœdus
cū ipsis inire romani uellent Crassum traderent: ac Cassium.
Ad que cū se deceptos quererēt longas & inutiles arabū spes
Crassum ut omitteret hortari salutemq sibi fuga querere cō-
tendunt. Idq carrinis nullo pacto dicendum monet. Suadebat
id omnium infidelissimus Crasso Andromachus: seq itineris
ducem profitebatur: quod nemini parthorū clam fuit eodem

Barguntius legatus.

Nota fraudem.

Astutus Surena.

Andromachus pro-
ditor.

ad singulos cuncta deferente. Cum igitur parthis consuetudo haud adesset belli noctu gerēdi Crassus uero eo tempore esset abiturus ne longa insecutione hostes retardaret militari astu- tia eos destinebat: nam alia alijs implicabat itinera. tandē ue- ro in siluā delatus amplissimā loca fossis undiq; impedita quę nō sine iugi labore hinc inde sequentes morarent̄ circumibat. Qua ex re nihil sanum fidum ue moliri Andromachum ple- riq; intuentes sequi recusarūt: inter quos & Cassius denuo ad Carras redire instituit. Suadentibus illi arabibus ut maneret quoad luna scorpionem pertransisset, ego inquit sagittarium magis timeo. Profectus itaq; in Syriam quingentis stipatus equitibus fido duce ad iter usus montana itinera secutus quę sinaca appellantur: & orta nondum luce cum quinq; millibus ī tutum est delatus. Ducebat autē illos uir optimus Octauius. Crassum uero sub Andromacho per inuia saltusq; palantem illustris dies attigit. Erant cum eo scutigerorū cohortes quat- tuor: equites perpauci: lictores numero quinq; cū quibus ma- gno labore uix tandem ī semitā redactus incumbentibus iam hostibus cum nō longius duodecim stadijs Octauio abesset ad alium collem fuga peruenit non inequitabilem adeo aut mu- nitū adiacentem uero reliquis conuallibus & longo penden- tem iugo campis in medio patentibus. Itaq; ab ijs qui Octauiū secuti erant facile eius periculum spectari poterat. Primus igit̄ Octauius cum paucis deinde sequentibus ceteris in hostes fe- rebatur. quibus a colle depulsis Crassum in medio eorum re- cepere clypeos quippe obijciētes gloriari pergunt nullas par- this adesse sagittas quę imperatoris sui corpori obesse possent ni super illum pugnantes ipsi occumberēt. Videns igitur Su- rena parthos iam se languidius periculo immiscentes q̄ si no- cte tenerentur tumulum preterea quem romani occupassent omni ex parte tutos eos reddere huiusmodi dolum Crasso an- nectit. Plurimi nempe ex captiuis demissi fuerāt qui barbaros

Facete dictū a Cassio nota.

Sinaca

Octauij uirtus.

Surenę dolus in Cras- sum.

in exercitu audisse dicerent inter se colloquentes regē neutiq̧ bellū cū romanis sine fœdere omissurū cęterū amicitiā cōciliaturū esse Crassi gratia quo beniuolo uti cuperet. Cesserāt eni iam a pugna barbari. Surena igitur cum optimis strenue ad tumulum profectus primū quidem ab arcu neruū soluit: deinde dextrā protulit. Crassū quoq̧ ī colloquiū uocare cœpit inquiens potentia regē ac uirtute inuite usum mansuetudinē ac clęmentiam sponte erga illū ostensurū esse cū fœdus abeuntibus & abeundi pręstaret facultatem. Hęc Surena referente alij suscipientes ad gratiam quoq̧ referebant. Crassus nihil nisi infidum ab his expertus subitamq̧ eorū mutationem nequaq̄ rationi innixā arbitratus haud assensus est uerū consilio uniuersa agenda esse dictitabat. Militibus uero reclamantibus ac iubentibus demū maledictis incessentibus q̄si eos pugnātes abijceret cū quibus sine armis: nec in colloquiū uenire auderet principio eos sermonibus lenire & alloqui tentauit quod reliquum lucis inter montes & rupes sustinentes facillime noctu essent abituri. Iter quoq̧ ostendit hortatusq̧ est ne spem salutis quę iam propius adesset ultro abijcerent. Cum uero ulterius eos conquerentes & arma quatientes minis uti cognouisset pauefactus statim cessit hęc solū cōuersus inquiens. Octaui & Petroni & quicunq̧ romanorū adestis duces uos quidem itineris mei necessitatē cernitis pręsentesq̧ conspicitis q̄ fœda & dura patior uerū ad alios cū salui eritis hęc solū dicite Crassum perfidia hostium deceptum interijsse: non autē a ciuibus traditum. non enim qui circa Octauium erant restiterunt uerū a tumulo inferius ꝓfecti sunt. Solū lictores sequentes Crassus repulit. Primi igit̄ barbarorū obuiam illi prodeunt duo semigręci qui ab equis descendentes debito eum honore susceperunt & gręco sermone ut quosdam ex suis pręmitteret hortati sunt: quibus se Surena cum suis inermem adesse ostenderet. Crassus his respondit & si modica uiuendi cupiditate teneret

Verba uiri ficti.

Q̄r facete suorū ignorantiā excusat Crassus.

nō tamen se eorū manibus permissurū esse. Itaq; riscos fratres
premisit sciscitaturos qui: quot ue in unū conuenissent quos
Surena statim deprehensos iussit detineri: ipse cū illustrioribus in equo processit: uisoq; Crasso & quid hoc inquit romanorū imperator pedes ambulat: nos ī equis uehimur & statim
equū iussit adduci. Crasso autē neq; se neq; illū peccasse profitente cum utriq; patriū sit in unū cōuenire esse ibi inducias ac
pacem Orodi regi romanisq; Surena inquit. Oportere autē ad
fluuiū euntes fœdera conscribere. Nō enim uos omnino memores promissorū estis o romani ait: & dextrā illi obtulit. Recusante deinde Crasso equū, nihil necesse inquit rex quippe
illū tibi tradit & simul equus aderat phaleris auroq; cōspicuus
& qui presto eum suscepturi uenerāt circūsidentes placis insequebantur: accelerareq; cogebant. Octauius igitur equū per
frena arripit & post eū unus ex tribunis Petronius: demū reliqui circūstetere equū occidere querentes: & qui Crassum impellebāt ab utraq; parte deturbantes. Tumultu itaq; & impulsione fieri cœptis cum ad uerbera uentū esset Octauius exerto
ense equilonē quendā e barbaris occidit: alius uero Octauium
a tergo instans uulnerauit. Petronius cū armis haud admodū
munitus esset ī thoracem percussus uulneratus abijt. Crassum
autem Maxarthes parthus interfecit: quod quidā negant aliū
quendā occisorē asserētes. Crasso deinde iacenti caput dextrāq;
abscissam referunt. Opinant̄ tamē ista potius q̄ intelligantur.
Qui enī presentes erāt partim circa ipsum pugnātes interfecti
sunt, partim fugientes ad tumulū statim redierūt. Aduenientibus demum parthis & Crassum pœnas dedisse referentibus
reliquos omnes tute descendere Surena iussit. Itaq; e tumulo
delapsi seipsos parthis credidere: & hi quidem nocte palantes
uix paucis exceptis ī tutū euasere. Reliquos omnes arabes aut
uiuos cepere aut confecere ferro. Feruntur quippe ad uiginti
millia hominū interijsse: decē millia in potestatē redacta esse.

Riscos fratres

Crassi faceta irrisio ab Surena.

Octauius.
Petronius.

Equilo

Mors. M. Crassi.
Maxarthes

Magna strages romanorum.
Hūs ī perfectores

Irrisio in Crassum.

Triumphus barbarus

Aristides milesius.
Rustius.

Obscura historia.

Echidnę & Scytalę.

Reges barbari litteris tamen eruditi.

Caput autē dextramq́ Crassi Orodi regi in armeniam Surena misit. Ipse in Seleuciam premissis nuncijs Crassum captiuum duci ridiculam commentus est pompā per contumeliā triumphum agens. nam captiuorū gratissimus Crasso Caius uestem regię mulieris indutus & pro Crasso iussus respondere cū imperator uocaretur equo insidebat. ante ipsum uero tibicines ac lictores camelis uehebant᷑ quorū uirgis sacculi pendentes inerāt iuxta secures nuper abscissa romanoꝝ capita. post hos Seleucides incedebant pellices cantoresq́: qui scurrilia plura & risu digna referentes molliciem Crassi & ignauiā eius decantarent: & hęc quidē omnibus conspicua erant. Seleucidarū uero seniores in unū congregans Aristidis milesiorū impudicos protulit codices non quidē ementitus (in reconditis enī Rustij inuenti referunt᷑) qui Surenę contumeliarū materiā in romanos prestitere: nec nisi bello impliciti huiusmodi rebus scriptis ue queunt continere. Seleucidis quippe uir sapiens uidet᷑ ęsopus Surenam intuentibus milesiarū impudicitiarū follem prius appendentē: posterius uero parthicā attrahentē pompā inter tot pellicum currus ijs quę Echidnę nominantur & Scytalę haud absimilem. Et hęc quidē priori ī parte illustria. Terribilia deinde telis arcubus equisq́ insequentiū. phalangis uero caudā in choreas plausus psalmos festiuitatesq́ impudicas mulierū finientē. Mendax profecto uir Rustius impudici parthi milesia hęc ementiti ludicra quorū plurimi eorum regno prefuerint e milesijs: ionijsq́ pellicibus nati arsacidę. His peractis Orodes cum Artabaxe armeniorū rege ī colloquiū uenit & sororē eius Pacoro filio suo cōiugem despondit. Potus deinde & cōuiuia inter utrosq́ multaq́ alia uicissim prębita. Certamen preterea e grecoꝝ institutū uocibus. nō enī cantibus grecis & litteris indoct⁹ omnino putabat᷑ Orodes. Artabaxes etiā tragœdias edidisse & orationes historiasq́ scripsisse dicit᷑ quarū non nullę posteritati adhuc ꝑmanent. Crassi capite ad fores

delato statim e mensa cõsurrexere omnes. Tragoedorũ deinde mimus Iason nomine Tralianus cum bacchi orgia ab Euripide in ijs quę de agaue referunť decantaret essetq; eius uox pergrata omnibus Silacis ante statuã procumbẽs eamq; ueneratus Crassi caput iecit in mediũ. plausum autẽ in immẽsum cum letícia & clamore extollentibus parthis Silacis statuã inclinauere serui iubente rege. Tum Iason penthei conficta poemata cuidam e psallẽtibus tradidit. Ille Crassi capite assumpto bacchantis ĩ morẽ in id se totũ extulit superstitione huiusmodi usus & cantu. Ferimus ex montis ambitu nuper cęsam uenationẽ optimam. Eo cantu gauisi omnes respõdentibus deinde reliquis cũ quidam ex ijs qui choriçabãt addidisset. meus meus hic est honor/prosiliens Maxarthes (nam & ipse cõuiuio inerat) caput e manu abstulit quasi id ipsum a se cõuenientius dicendum putaret. Gauisus igiť rex quod ex patrię moribus consuetum fuit donũ illis tribuit. Iasoni uero talentũ cõtulit. In hunc itaq; cantum Crassi militiã ueluti tragoediã quãdã finiuisse scriptũ est. Poenas tamẽ huiusce crudelitatis Orodem ac periurij Surenam dedisse meritas. Nam Surenã nõ multo post dignitati & glorię eius inuidens Orodes neci tradidit. Orodes porro cũ Pacorũ filiũ a romanis bello superatus amisisset & morbo intercutis laborare coepisset a Phraarte filio per insidias aconito aggressus suscipiente medicinã morbo ita ut longius ꝓrogareť attenuarentq; mẽbra alia breuiori uia e uita pulsus est. Tumultuante deinde parthico exercitu circa mesopotamiã Labienũ regij milites parthorũ principem sibi statuentes Syriam ingressuri uidebanť uel ulterius prodeuntes ĩ alexandriã secum deducturi. Agentẽ igitur parthos & ab Euphrate & Syria Lydiam usq; & Ioniam: aliam peruastantẽ omnẽ Antonius ut reprimeret eiq; obsisteret copias aduersum mouit: quẽ uxor Fuluia multis lachrymis & litteris ad se reuocans ĩ italiam demũ redire coegit. Ibi Cęsari cõciliatus ac Pompeio qui Siciliã regebat Ventidiũ

Iason mimus.
Euripides.
Silaces statua
Ludibria Crassi capitis.
Surenę mors.
Phraartes
Orodis regis mors.
Labienus parthus.
Antonij historia sequitur.
Fuluia uxor Antonij.
Ventidius.

premisit in asiam impedimentum quoddã allaturum parthis. Ipse ultro sibi indulgens sacerdos primi cęsaris creatus est: pluraq; alia benigne comiterq; in politicis rebus exercuit. Erat forte cum eo magus quidã ęgyptius ex ijs qui hominũ genituras sortesq; scrutantur. Is siue ut Cleopatrę morẽ gereret siue ueritati inniteretur erga Antoniũ dicere ausus est fortunam eius illustrem & insignem sub cęsare admodũ deficere ac debilitari: & ut longe ab eo adolescẽte se trãsferret hortatus est. Tuus inquit dęmon hui⁹ reformidat geniũ. Quib⁹ ex uerbis palã subtristari uisus est Antonius ita ut ęgypto potius in hęrẽs ex italia discederet & quę propria in gręcia illi fuerant cęsaris potestati traderet. In hibernis igitur circa Athenas cõmoranti quę ĩ parthos a Ventidio feliciter gesta fuerant referunt᷑: Superatos bello parthos: Labienũ ac Phraattem bellacissimos Orodis duces acie interijsse. Quarũ causa epulũ gręcis prębitũ: ludi pręcipui Athenis acti. Cum autem ad bellum profecturus esset sertum sibi ex olea sacra desumpsit & a clepsydria uas aquę plenũ ex pręcepto hauriens secum detulit. Inter hęc Pacorũ regis filium magnas parthorum copias in Syriam ducentẽ Ventidius circa cyristum occurrẽs pepulit: Pacoroq; inter primos occumbente magna strage eos afflixit. Quod opus inter cętera memoratu dignum omnes fere calamitates quas romani sub Crasso pertulissent uindicta sustulit: parthosq; intra mediam mesopotamiaq; cõclusit tribus prelijs sũma ui superatos a romanis. Ventidius igit᷑ parthos ulterius persequi neglexit Antonij ueritus inuidiam. Deficientes autẽ inuadens ad deditionẽ redire compulit. Antiochum porro comagenum in urbe Samosatis obsedit. Deprecãte deinde illo & mille talenta dare pollicente Antonij quoq; mandatis obsequi ad Antonium mittere iussit. Iam enim proximus aderat & Ventidiũ cũ Antiocho inducias agere uolentem eam rem suo nomine ut conficeret admonuit. nõ enĩ omnia a Ventidio exequẽda iudicabat. Obsidione deinde

Nota magos.

Moritur Pacorus.

Cyristum

Ingens parthorũ strages tribus pręlijs.

Samosatis

Antiochus comagenus a Ventidio obsidetur.

in longũ procedente: & ciuibus iam pace desperata ad audaciã conuersis cum nihil proficeret rubore & pœnitentia cõpulsus quinq; & tercenta talenta cupide ab Antiocho accipit: & parua quędam ĩ Syria cõponens denuo Athenas rediit Ventidiũ quibus decuit pecuniis ornatũ ad triumphũ mittens. Hic enim de parthis usq; ad ętatem nostram solus triumphat uir natione ignobilis cũ in Antonii amicitiã sese insinuasset illustriũ rerũ occasiones adeptus est: quibus strenue usus satis approbasse credit quę de Antonio & Cęsare dicta sũt feliciores p alios q̃ per seipsos esse ĩ bello duces. Etenim Cassiũ Antonii ducẽ in Syria multa fecisse & Canidiũ ab eodem ĩ armenia relictum his deuictis: hiberorũ quoq; & albanorum subactis regibus ad Caucasum usq; processisse. quibus ex rebus Antonii potentię gloriam inter barbaros potissimũ adauctam esse. Nam cum Phraartes Orodem patrem interemisset: regnũq; sibi uendicasset plurimi subinde parthorum aufugere: & Munesses uir clarus & potens ad Antoniũ pariter fuga peruenit fortunã suam Themistocli assimilans: Antonii uero facultates ac magnificentiã persaꝝ regi qui tres urbes illi dono dederat Larissam: Arethusam & Hierapolim quã calinicem prius appellabant. Parthorum deinde rege dextram Munessi offerente perlibenter eum dimisit Antonius phraartem dolo circũuenire ratus quasi pace demũ inter eos secutura dignũ putans quibus Crassum fraudibus cepissent parthi: eos quoq; sibi asciscere. Cleopatra itaq; in ęgyptum pręmissa ipse per Arabiam & Armeniam profectus est. Eo in loco cõuenientibus copiis auxilia etiam regum contrahit. Hi uero perplures fuere: quorũ maximus armenioꝝ rex Artabaxes sex millium equitum: septem peditum exercitum ducebat. Erant & cum eo romanorum peditum sexaginta millia. Equitatus quoq; ex hiberis & celthiberis a romanis institutus ad numerum decem millium. Reliquarũ porro nationũ ad triginta millia cũ equitibus & uelitibus annumerabant.

Ventidius de parthis solus triumphat.

Feliciores ĩ bello per alios q̃ per se Cęsar & Antonius.

Cassius.

Canidius.

phraartes orodem interimit

Munesses.

Rex persarum tres urbes Antonio dono dedit.

Larissa
Arethusa
Hierapolis [illegible]

Artabaxes.

Huiusmodi itaq; apparatum ac potentiam quam ultra bactros extimuere indi & qua asiam quoq; tenere potuisset inutilem sibi ob Cleopatrā extitisse memorāt. Cū illa siquidē hibernare cupiens bellū ante tēpus inferre ausus cū nulla ratione uteretur q̄si pharmacis quibusdā & incātaminibus addictus esset ad eam solū diuertit oculos: celeriusq; ad conspectū eius regredi q̄ hostes bello superare satagebat. Principio quidē cum in Armenia hibernare opus esset & exercitū labore fessum reparare octo milliū stadiorū itineratione confectū ac prius q̄ ex hibernis parthi excederēt ueris principio mediā inuadere tēpus operiri haud passus est. ueꝝ ad sinistrā deflexis copijs capta armenia Atropatinā depopulatꝰ est regionē. Machinas pręterea quas urbiū oppugnandarū gratia tercentis uehiculis adducere solebat: inter quas aries octoginta pedū longitudine inerat licet his similes haud quaq̄ i tempore reperiri possent: cū superior regio lignū omne ingenerosum ob exilitatē molliciemq; ꝓducat celeritati studens uelut itineris impedimēta post se reliquit custodiā quandā & exercitus ducē uehiculis apponens. Ipse Phraata urbem inclytam ī qua medorū regis filij: mulieresq; habitabāt obsidere pergit necessitate uero errorē omnem quē in dimittēdis machinis ediderat ipsum arguente aggerem summo labore contra urbem erigere cōpellit. Inter hęc maximis copijs aduentans Phraartes cum machinas ab Antonio destitutas intelligeret ingentē equitatū aduersū misit: a quo circūuentus Tacianus interemptus est: & cū eo ad decē millia militū cęsa. Capti autē cōplures: inter quos & Polemon rex fuit. Machinas deinde barbari īmisso igne succendunt. Quę omnia animaduertētes Antoniani milites maxime uereri cœpere tam insperato ac repentino aggressi malo. Armenius itaq; Artabaxes desperatis iam romanorum rebus cum exercitu ad propria reuersus est cum potissimum huius belli causa extitisset. Splendide igit̄ se exercentibus ijs qui obsidione premebantur: & parthorum fiducia minis contumelijsq; abutentibus nolens

Amor Antonij.

Atropatina.

Aries Lxxx pedum

Orientalis.

Tacianus ab Antonio circūuentus interimitur.

Polemon rex capitur.

Antonius exercitu desidia laborãte huiusmodi calamitatis plagam inualescere & dietim adaugeri decẽ legionibus assumptis & pretorijs cohortibus armatorũ tribus omnẽ equitatũ frumẽtatũ mittit satis fisus insurgentibus ĩ eũ hostibus pugnã ex ordine esse secuturã. Progressus igit̃ per diei duntaxat iter ut parthos circũfusos uidit & ex itinere preliũ inire cupientes pugne signũ castris ponit: disiectisq; tentorijs quasi bellũ detrectaret & abinde deducturus horridũ barbarorũ declinaret aspectum equitibus edicit ut cũ primi ex hostibus in arcto constituti effugere non possent equos ad eos flecterent. Barbaris itaq; effusis potior uisus est ordo romanorũ: & paribus interuallis trãseuntes eos inuadebant sine strepitu & silentio tela quatientes. Cũ signũ datũ esset sublato clamore equisq; cõuersis aggressi uulnerabant quanq̃ intra sagittarũ spacia deprehensos. Armatis itaq; clamore & armorũ strepitu in unũ abeuntibus territi parthoꝝ equi cessere loco: & ipsi prius q̃ ad manus uenire possent abiere fuga. Antonius autẽ ab insecutione nequaq̃ destitit magna spe adductus totũ fere bellũ aut certe maiorẽ eius partẽ eo prelio confectã esse. Sed cũ in castris redijsset pedites per quinquaginta equites ter tot insecutos stadia ex hostibus quidẽ captiuos cesosq; dinumerans triginta duntaxat captos ad octoginta ĩ acie cecidisse comperit. Qua ex re stupor actristicia omnes fere milites inuasit dirum arbitrãtes si uictores adeo paucos interemissent uicti tot uiris spoliati essent quot circa machinas perdidissent. Sequenti die ad bellũ instructi copias in Phraarta deduxere. Occurrẽtes deinde ex itinere hostibus primũ parua manu se efferẽtibus: subinde maiore: postremo omnib9 copijs ueluti inuictis & nuper ad pugnã ꝓuocãtibus & undiq; insurgentibus uix magno labore ac difficulter ĩ castris saluati sũt. At cũ medi excursionẽ quandã ad aggerẽ fecissent ꝓpugnatoresq; terruissent iratus Antonius ex ijs qui pauore cessissent decimũ quenq; supplicio affecit: alijs pro tritico hordeũ apponi iussit. Difficile quidẽ utrisq; erat bellũ & euẽtus belli formidolosior.

Decimatio.

Antonio famē ingruentē formidante: nec ꝓpterea uulneratoꝝ defunctorumqꝫ copia carente: & Phraartes parthos intelligens omnia prius q̄ hyemem in castris sustinere: nec extra habitacula cōmorari posse maxime formidabat ne perseuerātibus romanis moráqꝫ ducentibus sui eū derelinquerēt equinoctio autumnali potissimū instante. Talem igit̃ machinat̃ dolum. Parthorū quippe primores cū aut frumentatū aut ad alias excursiones mitterēt̃ languidius admodū romanis nauabant operā nō nulla ab illis auferre negligentes ac uirtutē eorū uerbis extollentes. bellicosissimos etenim illos prędicabāt eorūqꝫ uirtutem summe admirationi apud regē suū esse. Deinde proximiores illis facti semotis equis Antoniū increpabāt ꝙ Phraarte cū eodem cōciliari cupiente ac talibus totqꝫ uiris indulgere neutiqꝫ pręberet aures ueꝝ maximos operiens hostes famem scilicet & hyemē ꝑ desidiā quietē ageret pro quibus opus esset etiā permissos a parthis fugā capere. Pluribus igit̃ hęc ad Antoniū deferentibus inani spe delusus non prius parthis bellū indici iussit q̄ a blandiētibus barbaris intelligeret an hęc ipsa conscio rege dicerēt. Affirmātibus illis ac suadentibus ne dubitaret ne ue diffideret quendā ex amicis iteꝝ misit: qui signa captiuosqꝫ restitui equū diceret q̄si nō multū salutē sua faceret: aut de fuga cogitaret. Partho autē hęc omitti respōdēte: abeunti uero pacē securitatéqꝫ pollicente intra paucos dies collectis uasis capescit iter. Quorū autē studiosissimus semꝑ fuerat populares scilicet blande alloqui & exercitū ratione ducere q̄tumuis alter tūc ob luborē mœsticiáqꝫ ī alloquēda multitudine omisit. Domicium itaqꝫ eneobarbū eo muneri addixit. qua ex re non nulli excandescere q̄si ab eo despicerent̃: & tristari uisi. Plura tamē omissa sūt ut glorię parceret. cuius causa hęc ipsa ab imperatore potius suadēda & exorāda milites arbitrabāt̃. Cū iter ingressurus esset quod retro ꝑ plana arboribusqꝫ deserta faciundū erat uir quidā genere Mardus parthoꝝ moribus inter plura haud dissimilis:

Fraus.

Laus Antonij.

Domicius eneobarbus

Elegans excusatio.

Mardus.

& qui i pugna circa machinas olim acta fidem prestitisset ille-
sam ad illum uenit: suadetq; ut fugam a dextra uersus montes
arripiat: nec exercitũ armis grauem uacuis incursibus & aper-
tis equitatui sagittisq; subijciat. Phraartem nempe per beniuo-
lentię simulationem insidias illi struere se ducem breuioris uię
polliceri: & quę necessariarũ rerum copia exuberet. Quę intel-
ligens Antonius consulere in mediũ cœpit: nec ęquũ esse aie-
bat exhibita p inducias fide se parthis min⁹ credere uideri. Cir-
cumcisionẽ autẽ itineris ad oppida & assuetã semitam collau-
dans fidem a Mardo petit. Ille uinciri se iubet quoad ĩ armenia
firmasset exercitũ. Eo modo iniectis uinclis per duos dies miro
modo deduxit agmẽ. Tertia die Antonio nihil iam de parthis
formidante & negligentius agẽte iter cũ plurimũ de se fideret
uidens Mardus apertionẽ quandã ad egressum fluminis nuper
effossam & plurimũ aquę p iter qua cõmeandũ esset effusum
id opera parthorũ effectum esse indicat quo difficultatem mo-
ramq; abeuntibus obijcerent: & fluuiũ ueluti impedimẽtũ an-
teponerent. Antonium quoq; hortatus est ut diligentius inspi-
ceret: animũq; adhiberet. nõ enim longius abesse parthos. Sta-
tim igitur milites ĩ ordine armisq; disponenti: & iaculatoribus
funditoribus excursionẽ preparantibus in hostes parthi in cõ-
spectũ se dedere & undiq; sese effundentes quasi eos circũitu-
ri romanos terruere. Occurrẽtibus deinde uelitibus multas ex
arcubus infligebant plagas: multas & ipsi a fundis telisq; patie-
bantur. Demum terga uertere coacti non multo post reuersi
sunt quoad celtę equos inferentes & in eos cõuersi dissipauere
omnes cum illa die nullum adhuc exemplar uirtutis prestitis-
sent. Ex his igitur quę agenda erant intelligens Antonius fun-
ditoribus lanceatoribusq; cum plurimis non solum terga uerũ
etiam latera confirmans exercitus quadrato agmine incedebat.
Equitibus uero edictũ est/ut cũ hostes aggressi essent eos auer-
terẽt. Cũ auertissent neutiq; longe sequerent᷑. Eo modo parthi

Astutiam remorandi
hostes. nota.

Antonius in hoc Cras-
so prudentior.

per quattuor insecuti dies cū nihil amplius lęderent ꝗ paterēt
debiliores effecti & hyemis occasionē prętendentes de reditu

Flauius gallus.

tandē cogitare cœperunt. Quinta demū die Flauius quidā gal-
lus uir bello expertus & acer qui partem ductabat exercitus ad
Antoniū uenit plures ex postremis uelites & equites quosdā
e fronte petit quasi magnum quippiam acturus: hisq; acceptis
multos ex hostibus continue insurgentes opprimit: nō ut pri-
us in eos inuectus deinde retrocedens uerū instans seq; auda-
cius illis immiscens. Intuentes autem eum posterioris ordinis
duces insequentē hostes misso nuncio reuocare pergunt: qui-

Titius quęstor.

bus parere renuit. Titium autem quęstorem aiunt auferentē
signa uertisse retro: gallū quoq; conuicijs aggressum esse quasi

Temeritatē galli at-
tende.

multos & optimos uiros exitio traderet. Reddenti cōuicia gal-
lo & qui cū eo erant manere suadenti Titius retrocessit. Gallū
deinde ī exercitus fronte cōpulsum plurimi ex his q tergo in-
erant accurrentes ꝓtegunt. oppugnatus undiq; opem ab alijs ꝑ

Canidius.

nūcios exquirit. At illi armatos deducētes: inter quos & Cani-
dius qui plurimū apud Antoniū poterat fuisse dicit̃ nō modi-
cū peccasse dicūt̃. Nam cū opus esset densam cōuertere phalan
gem dū plures ī auxiliū emittūt: ac his deuictis alios denuo cer
tamini adijciūt parū abfuit/ quin bello superati uniuersū fuga

Strenue Antonius.

replerēt exercitum nisi ꝙ Antonius cū armis a fronte strenue
ꝓgressus ꝑ fugientes tertiā īmisit legionē: hostesq; occurrētes a

Stragem nota.

lōge pepulit. Cecidere ea pugna ad tria millia: saucioꝝ ad qnq;
millia ī castris relata sūt: Inter quos & gallus fuit iam quattuor
laceratus spiculis: sed is e uulneribus nō cōualuit: reliquos ad-

Pietatem Antonij er-
ga suos attende.

iens Antonius ad unū solabat̃ illachrymansq; hortabat̃ ad sa-
lutē. At illi alacres apprehensa dextra abire eum & se curare:

Generosa militū re-
sponsio ad impera-
torē suum.

nec ulterius dolori indulgere precabantur illum imperatorem
suum esse: & se saluos dummodo incolumis is esset fateban-
tur. Omnino quidē neq; audacia neq; tolerantia neq; corporis

Antonij laus.

uiribus ętate illa splendidiorē quempiam fuisse quis dixerit:

neq; cuipiam ex ducibus tantũ reuerentię obedientię ue cum beniuolentia prestitum esse: idq; ab omnibus preclaris ignotisq; ut gratia & bonore plus salutis & securitatis omnib⁹ illis priscis imperatoribus sit adeptus. Huius rei causas plures memorãt quę a nobis pręmissę sũt nobilitatẽ scilicet: dicendi uim simplicitatẽ: largitionẽ: magnificẽtiã ad iocos deniq; & urbanitates mirã ęqualitatem: Tũ autẽ cũ ijs qui morbo laborabãt una assisteret & cõpateret: necessaria quoq; impartiret nemo facile dignoscere posset utrũ ęgros an incolumes potius & saucios obsequentiores sibi redderet. Hostes igit' fere detractantes bellũ laboreq; confectos adeo huiusmodi uictoria erexit ut cõtemptis romanis nocte ĩ castris quiete degerent & tabernacula ab illis destituta: fugientiũq; impedimenta directuros se esse crederẽt. Itaq; cum illuxisset multo plures in unũ cõuenerunt. Ferunt' enĩ ad quadraginta millia fuisse a rege ut ad certã manifestãq; uictoriã eos pręmittẽte cũ ipse nec unica fortuna usus esset. Antonius milites allocuturus uilẽ poposcit uestẽ ut miserabilior apud eos fieret. Dissuadentibus autẽ amicis purpurea ueste in mediũ processit. Victores igit' uerbis extollens fugientes conuicijs insectatus est. Ex quibus hi ut bene speraret confideretq; suaserunt: Alij si decimare eos mallet aut alia pœna afficere prõptos se obtulerũt modo ut a cura & mœsticia ut desineret orabãt. Ad hęc ille man⁹ ad cęlũ tendens deos deprecatus dicit' ut si qua indignatio ob ꝓsperitatẽ suarũ rerũ sibi incumberet eam omnẽ in se cõuerterẽt: reliquo exercitui salutẽ uictoriãq; prestarẽt. Sequenti die diligẽtius circũseptus copijs ad iter pergit: & parthis insurgẽtibus inopine occurrit. Ad prędã enĩ ac rapinã nõ ad pręliũ accedere sperabãt. Deinde multitudini telorũ obuiantes cũ fortiter prompteq; depugnarẽt romani statĩ defecere. Cũ uero descẽdentibus ipsis a nõ nullis collibus ĩ decliui eos adorirent' & difficulter deducentes cõturbarent cõuersi qui clypeos ferebãt omnes leuis armaturę

Nota. imperator [illegible]

Parthorum interitus ac fuga.

Antonius milites allocuturus uilem poposcit uestem.

Antonius ab amicis dissuasus uili ueste dimissa purpureã induit.

Amicorũ exhortationes ad Antoniũ.

Deprecatiões Antonij ad deos.

Antonius ad iter pergit.

Attende genua.

in medio clausere. Ipsi in genua deflexi clypeos ante se tenuere. Qui uero posterius steterãt armis superiecti primos contegebant. eodẽ modo & reliqui usi sunt. Huiusmodi igit̃ figura pariformiter decliuis theatricũ prębebat aspectũ obiectio quidem firmissima aduersus lubricos sagittarum ictus. At parthi inclinationẽ romanorum in genua lassitudinẽ & calorẽ arbitrati arcus deposuere: contisq; acceptis cominus incepere pugnã: quibus romani cũ clamore subito aduolant: telisq; e manibus excussis primos interficiũt: reliquos ĩ fugam uertunt. Persimilia reliquis diebus gesta sunt cũ paululũ uię intermitteret̃ parthi & fames insequeret̃ exercitũ modicũ quid frumẽti per pugnã uendicantẽ nec instrumẽta ad molendũ apta deferentem plura quippe dereliquerant cũ nõ nullis iumenta ad cõuectandos currus defecissent: non nulli saucios ęgrosq; deferrẽt modium frumenti atticum quinquaginta drachmis uenisse in exercitu satis constat. hordeaceos ad ęquale argẽti pondus. Ea inopia ad olera radicesq; cõuersi raro notis herbis utebant̃. Coacti igitur quę gustui insueta erant experiri primũ quidẽ ĩ herbam incidunt: quę per furorem ad interitum adduceret. qui enĩ comedisset nihil aliarũ reminiscebat̃ rerũ aut intelligebat: nec aliud q̃ lapidem cõtinue effodiebat uertebatq; quasi quippiã magni operis acturus. Erat igitur huiusmodi repletus ager terram ac lapides effodientium. inter quos debacchati demũ bilem euomentes interibant. cũ primũ quod antidotum huic morbo aderat uinum defecisset. Intereuntibus plurimis: nec propterea parthis ab insecutione desinẽtibus/ sępenumero Antoniũ exclamasse ferũt. O decẽ millia eos qui cũ Xenophõte profecti erãt admirantẽ cũ ex babylone per longius ꝓfecti iter & multo pluribus depugnantes parthis salui euasissent. Parthi igitur cũ exercitũ deflectere aut ordines infringere non possent iam pluries superati atq; fugiẽtes iterum quiete amiceq; admiscebantur romanis qui pabulatũ aut frumẽtatũ quoquo pacto irent.

Conn

Parthorũ interitus ac fuga.

Magna inopia.

Mira uis herbę.

Vini medicina.

Xenophontis cõmendatio.

Parthi pluries superati ac fugientes iterũ romanis per fraudẽ admiscentur.

His arcus neruis exutos ostendentes se retro proficisci uelle & hic finem belli ponere dicebāt. paucos ex medis per unius aut duorum duntaxat dierum iter secuturos esse nihil ut inferrent mali cęterum ut uillas remotiores a damnis uendicarēt. Talibus uerbis ac blandicijs denuo fiduciā pręstitere romanis adeo ut hęc audiens Antonius per campos potius proficisci cuperet cū itinera quę ad mōtesueherent inaquosa esse audiret. Dum id facturus esset uir quidā nomine Mithridates ab hostibus in exercitū ad eum uenit consobrinus Munessi illius qui cū Antonio alias fuerat & tres urbes dono acceperat petens cum aliquo colloqui uelle: qui parthicā aut syriam didicisset linguā. Et accedente ad eū Alexandro antiocheno Antonij necessario atq3 amico quis esset rettulit: & in Munessem gratiā referens Vides inqt a longe colles illos arduos & ī unū cōiunctos? Cū se ille uidere diceret/ sub illis inqt parthorū copię insidias uobis struūt. Patentes igit̃ campi collibus illis subiacēt ꝑ quos ab ipsis deceptos iter arrepturos esse existimāt uiā quę ad mōtes ducit relinquētes ī illa quippe sitis laborq3 dūtaxat a uobis sustinēda sunt. Sin alterā tenueritis sciat Antonius Crassi fortunas sibi esse subeundas. Hęc locutus retrocessit. Antonius animo turbatus amicos ad se conuocat: & una itineris ducē Mardum acersit similia illi sentientē. Intelligebat enī semitas: quę per plana ducerēt difficiles & erroris plenas ac uix itinerantibus permeabiles esse: aspera uero & montuosa nihil aliud in se difficultatis habere nisi ꝙ unica die per inaquosa esset commeandū. Ad hęc igit̃ cōuersus nocte proficisci statuit. Aquam in utribus milites afferre iubet. Cūq3 uasorū inopia plures detineret/ quidā galeas aqua repletas: nō nulli caprinos utres attulerunt. Iam iter capessebāt cū parthis nunciat̃ & quanq̃ nocte incedentes pręter solitū aggrediunt̃. Illucescente die in postremos incidere uigilia laboreq3 confectos. ꝑ ducentū quippe & quadraginta stadia ꝓgressi erāt: nec hostes tam subito affuturos arbitrabantur: quę res calamitatem permagnam attulit.

Mithridates Munessi Antonij amici cōsobrinus ab hostibus ad Antoniū uenit.

Alexander antiochenus.

Colles ardui & coniuncti.

Innuit Mithridates parthorū insidias. ubi. Crassi fortunę.

Semitę difficiles & erroris plenę.

Loca inaquosa.

Antonij cōsiliū in deferenda ī utribus aqua.

Sitim preterea prelium adauxerat. Nam pugnantes simul incedebant. Primi igitur ad fluuium quendam peruenere: cuius aqua frigida admodū ac splendida fuit: uerum salsa ac uenenosa: cuius causa adurente siti precordia a dolore uexabantur. Quod cū a Mardo predictū esset nihil minus eos qui a potu prohibebant aduertentes hauriebāt aquā. Antonius presens ipse permodicum temporis ferre suadebat non longe adesse fluuium potui & aquationi accōmodū: reliquū itineris adeo inequitabile: & asperum ut hostes reuerti cogerentur. Simul autē pugnantes reuocabat & ut equos iungerent nutu significabat. Cum ad umbras uentum esset fixis iam tabernaculis: & parthis ut solebāt recedentibus uenit denuo Mithridates & Alexandrum allocutus hortatur aliquantulū cum silentio exercitum mouere & fluuio propius copias adiungere: parthos non ulterius transituros: uerū ad illum usque insecuturos esse. Hec cū Antonio Alexander rettulisset aurea quedam pocula phialasque Mithridati iussit afferri: ex quibus ille quotquot ueste celare potuit assumptis ad suos rediit. Iam lucis aliquid superer at cum castra mouere incipiūt hostibus nullo in loco prodeuntibus. Ipsi uero inter se noctem difficillimā & omniū que secuta est terribiliorē peregere. Eos quippe qui aurū & argentū deferebant aggressi spoliabant & pecunias rapientes e uehiculis ad ultimū Antonii impedimenta inuaserant pocula ac mensas ingentis precii concidentes inter se partiebantur. Tumultu itaque ingenti & errore passim detinente exercitum incumbentibus parthis fugam & confusionē ab illis ortam arbitrabantur. Antonius itaque satellitem unū ex libertis suis nomine Ramnū ad se aduocans sacramento adegisse dicitur ut cum iussisset ipse mucrone se transfigere caputque reliquo corpori adimeret ita ut nec uiuus ab hostib⁹ capi: neque mortuus dinosci posset. Illachrymantibus amicis Mardus Antonium exhortatus est iam propius adesse fluuium. Nam aura quedā humida efflare coeperat & aer frigidior occurrēs iocundā prebebat aspirationem

Aquarum natura.

Mithridatis reditus ad Antoniū.

Dona Mithridati collata.

Tumultū & errorem attende.

Error quid agit.

Ramnus Antonii satelles.

Antonius superioris tumultus ignarus de nece sua disponit.

Exhortationes Mardi ad Antonium.

& tempus inquit itineris hanc mihi suadent adesse uiciniam. Non multum adhuc noctis supererat cum ab amicis nunciatũ est tumultum illum non ex hostium insultu: sed ob militum scelus auaritiamq; increbrescere. Multitudinem igitur ex tumultu & confusione ĩ ordinem referre satagens impedimenta deduci imperat. Iam dies terram illustrabat cum exercitu in ordinem & silentium educto parthorum sagittarij postremis incidere: & uelitibus pugnę signum datum est: armatiq; ut prius se inuicẽ tutantes obiectis clypeis insurgentes operiebant hostes. Deducentibus igitur primis post modicũ fluuius apparuit: & equites supra ipsum statuens Antonius aduersos obiecit hostibus. Pręmissis itaq; debilioribus transire coepit: & iam pugnantibus licentia & facilitas bibendi aderat cũ parthi conspecto fluuio neruos arcubus educunt: & romanos uirtutem eorum commendantes tute transire admonent. Tacite itaq; transgressi seipsos colligebant. Non enim parthis fidentes incedebant. Sexta demum die peracto postremo pręlio ad Araxem peruenere fluuium qui mediam ab armenia regione diuidit. Visus est autem fluuius ipse & profunditate & celeritate difficilis admodũ ad transmeandũ & rumor increbuerat hostes in insidijs paratos romanos transeuntes inuasuros esse. Postremo cum tuti transgressi essent: & in Armeniam uenissent quasi prius terram illam e pelago intuentes se passim prosternebant: & ad lachrymas complexusq; ob lęticiam uertebantur. Incedentes ergo per regionem uberem ac felicem & omnibus ad libidinẽ abutentes, hidericos & ictericos incidere morbos. Hoc in loco cũ numerũ militum recenseret Antonius uiginti millia peditũ: quattuor equitũ millia amisisse comperit. nõ tamen omnia bello cęsa uerũ supra dimidiũ morbis ualitudineq; consumpta. Profecti igit̃ a phraarta per quinq; & uiginti dierũ iter, pręlijs octo & decẽ parthos superarũt quanq̃ uictorię ipsę neq; uiribus neq; perseuerãtia confectę paruis quibusdã insecutionibus & impfectis adeptę sint.

Nunciatur tumultus Antonio.

Araxes fluuius mediam ab armenia diuidit

Difficilis Araxes.

hiderici et icterici morbi

Militum numerus ab Antonio recensetũ.

Parthi decemocto pręlijs superati.

Artabaxes armeniorũ rex belli finis.

Sed cum in primis conspicua omniũ causa perhiberetur Artabaxes armeniorum rex: qui finem eius belli e manu rapuisset Antonij cum e media sex & decẽ millia equitũ adducens: qui parthorum in morem armati cũ eisdem pugnare soliti essent: & romanis parthos insequentibus facile eos sequi & debellare potuissent totiens in illos insurgere & audacia uti recusasset certatim ut ab eo pœnas exigere hortabantur. Veꝝ ille astutia usus nihil de perfidia questus est: nihil a solito honore aut cõsuetudine omisit: exercitu imbecillo adhuc atq; egeno rerum omnium. Posterius cum in armeniam iterum diuerteret multis suasionibus ac blandicijs ad se allectũ tandem cepit: & uinculis iniectis in alexandriam deductũ ĩ triumpho habuit: Quę res potissimũ romanos mœsticia affecit cum optima & precipua patrię suę monumenta Cleopatrę gratia ęgyptijs impartiri cernerent. Veꝝ hęc posterius. Secuta est deinde inter medorum parthorumq; reges discordia quędam quę principium ut aiunt ex romanorũ spolijs assumens suspitionem amittendi regni: & pauorem medo attulit. Nuncijs itaq; ad Antoniũ missis in auxiliũ uocare cœpit cũ omnibus copijs suis ad bellũ pollicitus adesse. Ob quę magnã ĩ spem adductus est Antonius cũ hoc unico ad superandos parthos indigere uideret equitum & sagittariorũ destitutus copia: quem ad se gratia potius & amore q̃ precibus inductum crederet. Armeniã itaq; denuo inuadere & medo circa araxem fluuiũ congressus bellũ agere decreuit. Veꝝ Octauię & Cleopatrę necessitudinib⁹ adductus ęstatis poti temporibus ad medum proficisci (quanq̃ parthi ut ferebatur intestinis agitarentur seditionibus) statuit. Ad hunc igitur denuo profectus in amicitiam pellexit. Cumq; filiã eius infantem uni ex Cleopatrę filijs uxorẽ despondisset domũ reuersus ad ciuile bellum conuertit animum.

Triumphus Antonij in alexandria.

Mœsticia romanorũ.

Origo discordię inter Medos & Parthos.

Octauia.

Cleopatra.

Appiani Alexandrini sophistę Romanorum liber finit qui Parthicus inscribit. Traductio. P. Candidi.

Appiani Alexandrini sophistę Romanorũ liber incipit qui Mithridaticus inscribitur. Traductio. P. Candidi.



Omani igitur bithynios & cappadoces & quęcũq; illis finitimę nationes euxinũ pontũ incolunt Mithridati ꝑ duos & quadraginta depugnãtes annos sibi subegere: eodem quoq; bello Ciliciam minime antea illis parentẽ: Syriamq; Phœnicem & inferiorem. Palęstinam porro prouinciã & mediterranea ad Euphratẽ usq; fluuiũ quę Mithridatis imperio neutiq; paruerant impetu quodam eius uictorię sibi uendicarũt: & tributa quibusdã statim: nõ nullis denuo imposuerũt. Paphlagoniã autẽ & Galatiã: Phrygiamq; & ꝓpinquã phrygię Mysiam & super has Lydiam Cariam & Ioniam & quęcũq; alię asię prouincię circa Pergamũ sunt: ueteremq; gręciã & Macedoniã deuicto Mithridate statim imperio suo subiecere: ac plurimis earũ nõdũ quicq̃ persoluentibus imposuere tributa. Quamobrem hoc uel ingens bellũ mihi licet arbitrari & uictoriã ab illo partam magnã existimare. Pręsidentẽ quoq; illi bello ducẽ Pompeiũ usq; in hanc diem merito appellari magnũ multitudine gentiũ ac populorũ quos uel recepere ipsi uel amisere & longitudine temporis quod per quadraginta & amplius annos gestum est. Audacia pręterea ipsius regis ac tolerantia quẽ in omnibus potentẽ experti sunt: cuius imperio naues quadringẽtę ex proprijs suberant: equitũ quinquaginta: peditũ ducenta & qnquaginta millia: machinarũ: ac omnis bellici instrumẽti par potẽtię eius summa. Depugnabant autẽ cum eo reges dynastęq; Armenię ac Scytharum qui circa pontum incolunt: supraq; męotidem paludem & ab illa ad Thracium bosphorum nauibus uehuntur contra romanos

Bithynij.
Cappadoces.
Regiones uictę a romanis.
Pergamum.
Gręcia uetus
Pompeius magnus cur.
Mithridatis potentia.
Męotis palus.

eo potissimũ tẽpore acri inter se bello discidẽtes & hiberiã qui in eos cõcitaret emiserat & cũ celtis fœdus amicitiãq; inierat ita ut in italiã omnia prędatoribus referta ab Cilicia ad herculeas usq; columnas maria inquietarent: eaq; separata & impermeabilia ad nauigandũ fierent ciuitatibus & famem & plurimũ laboris adijcerent. Omnino nihil homini possibile omisisse uisus est uel agens uel cogitans ut hic maximus rerũ motus ab oriente in occidentem uniuersos ut sic dixerim molestia afficeret uel bello implicitos uel auxilia ferentes uel latrocinijs impẽdentes operã: uel bello ipsi finitimos. Tam ingens hoc bellum fuit ac tam uariũ & ad maxima demũ finiens extulit romanos ut imperij terminos ab occidente ad fluuiũ perduxerint Euphratẽ. Diuidere uero hęc ipsa p nationes haud facile est queq; simul gesta sunt & inuicem connexa. Quę uero distinguere nobis licet per partes explicabimus. Thraces gręci eos existimant: qui cum Rheso ad Ilion pro Troianis castra habuere. Rheso deinde noctu a Diomede interfecto queãdmodũ ab Homero carminibus perscriptũ est fugientes ad ponti ostia quę arctiora in thraciam sunt quosdã destitutos ratibus in ea tellure cõsedisse: eamq; partẽ tenuisse: quę bebrycia appellabat᷑. Quosdã transgressos ultra biçantium & thraces qui bithynij dicuntur prope bithym habitasse fluuiũ. Fame deinde cõpulsos in bebryciam redijsse & bithyniam pro bebrycia a fluuij nomine iuxta quẽ incoluissent nominasse. Eius uero appellationem nulla ratione cum tempore ab illis immutatam cum parum admodũ bithynię nomen a bebrycia uideat᷑ differre hoc multi iam existimãt. Alij uero bithym Iouis & thracis filium eorũ regem primũ extitisse: & utriusq; appellatione utriq; terrę nomẽ inditum. Huiusmodi de bithynia referre uisum. Quę uero ad romanos pertinent qui eam rexere prouinciã duos & quadraginta deinceps annos res gestas expediam. Sic enim mihi maxime recensere opus est eorũ facta perscribenti. Prusias cognomine cynigus:

Columnę herculeę.

Termini romani imperij.

Bithyniorum origo a Thracibus.

Rhesus.

Diomedes.

Homerus.

Bebrycia.

Biçantium.

Bithys fluuius.

Bithynij

Bithys

Romani.

Bithyniorũ historia.

Prusias cynigus

cui perseus macedonũ rex sororem eius uxorem dederat cum non multo post perseus idem romaniq; ad inuicem belligerarent neutram partem secutus est. Capto demũ perseo ad romanorum duces peruenit ueste amictus romana quam togam appellant & calciamenta gerens italica raso capite pileatus: quo more/ nõ nulli/ libertati redditos ex decreto incessisse memorant cũ alias facie turpis esset ac corpore perbreuis. Itaq; ad romanos delatus romanis uerbis se eorũ libertum professus est. Cum risum exciuisset omnibus romam missus etiam ridiculus multo magis habitus ueniã tandẽ impetrauit. Sequenti deinde tempore Attalo effectus hostis eius qui circa pergamũ Asiam regebat asiaticam ingressus est prouinciam. Quę romanorũ audiens senatus ad Prusiam legatos misit: qui eũ monerent ne in Attalum eorũ sociũ atq; amicũ bellum gereret. His cũ minus ille paruisset legati ex mandato eum monuere ut senatui morẽ gereret & cũ mille duntaxat equitibus ad fines ex fœdere impositos accederet. Illic enim Attalum pari equitũ numero illũ expectare. At is spreto Attalo ex suorũ paucitate ratusq; ex insidijs facile eum detinere posse legatos antecedere iussit quasi cum mille secuturus. Vniuerso deinde sublato exercitu ueluti ad pugnam profectus est. Itaq; cũ Attalus legatiq; aduentũ eius pręsensissent: & in fugam ut quisq; potuit abijssent/ ille pręter missis ijs qui romanorũ uasa deferebant cęteros insecutus est: Interceptoq; oppido quod Niciphorium appellatur funditus euertit: naues porro quę in eo fuerant incendit. Attalũ quoq; in pergamũ delatum obsidere pergit: quoad hęc intelligentes romani alios denuo misere legatos: qui pro damnis quę Attalo idem intulisset satisfactum iri iuberent. Tunc uero pauefactus Prusias mandatis paruit: copiasq; abinde sustulit: mulctam quoq; legatis statuentibus Attalo persoluit. naues statim uiginti cataphractas: argentiq; talenta quingenta in tempore pollicitus. Erat is ob crudelitatem fere omnibus exosus suis.

Perseus a romanis captus.

Romanorum morem attende ĩ reddendis libertati regibus ab eis captis: secundum quosdam.

Perseus romanis uerbis romanorũ se profitetur libertum.

Attalus rex.

Senatus legatio ad Prusiam.

Superbus rex Prusias.

Niciphoriũ oppidũ a P. funditus euersum.

Paret mandatis Prusias ob timorem.

Prusias ob crudelitatẽ suis exosus.

Nicomedes. *prusie filii*
Bithyniorũ dilectio erga Nicomedem Prusię filiũ.
Nicomedes a Prusia romam missus cur.
Minas Prusię legatus ad senatũ mittitur.
Patris perfidiam attende.

Nicomedes autẽ eius filius a Bithynijs summo honore colebatur. Qua ex causa ꝑmoleste eius presentiam ferens Prusias romam ubi uitam duceret ire iussit. Certior deinde factus filium a romanis plurimũ diligi: & in honore haberi senatui supplicare instituit ut eum a pecunijs quas Attalo deberet liberũ esse sineret. Minam autẽ legatum hac de re ad Senatum mittit: cui ita imponit/ut si: quę petit a senatu impetret nihil in filiũ eius moliatur. Sin uoto decidisset Nicomedem intra urbẽ conetur occidere. Rates illi ob hoc non nullas destinat: milites pręterea usq; ad duum milliũ numerũ. Cum mulctę remissio a senatu repudiaret̃ nam Andronichus ex aduerso ab Attalo submissus mulctam a legatis inditam rapina inferiorem esse prędicabat. Nicomedem porro aggredi instituens omni diligentia munitum circumspiceret addubitare cœpit. Itaq; iuuenem interficere non ausus in Bithyniam ob timorem redire destitit. Protracta diutius in urbe mora tandem cum Nicomede in colloquiũ uenit. Insidias Prusię cũ eo struere aggreditur. Andronichum Attali legatũ ad rem conficiendam comitem acersit: qui Nicomedem ut in Bithyniã induceret suaderet Attalo. Illi se inuicẽ ĩ oppido quodam mediterraneo: quod Bernice appellatur expectantes uespere nauem ingressi: quę facere opus esset meditantur. deinde nocte nondũ peracta discessere. Cũ illucesceret Nicomedes purpurã indutus regiam diademate capite imposito nauem egredit̃. Andronichus obuiam illi factus ac regem appellans cũ equitibus quingentis: quos secum habuit antecedere suadet. Minas aduentũ Nicomedis tum primũ sentire simulans inter duo mille quos agebat ueluti pauidus ferebat̃: & sermone prolato duobus inquit regibus uno in prouincia existente: adueniente altero necesse nobis arbitror consulere cui melius statuendum sit: & quę futura sunt uicissim prouidere tanq̃ de salute nostra cogitantibus: cui bene prouiderimus perscrutantes quis eorũ dignius regno pręsit. Ille quidẽ senex est:

*Bernice urbs*

Simulatum attende hominem.

hic iuuenis. Bithynij illum odere: hunc amplectuntur: quem romanorum etiã primores carũ habent. & Andronichus iam illi fauens Attali societatẽ uidetur polliceri magno presidentis imperio & bithynijs finitimi & qui plurimum cum Prusia bellum gerat. Hęc inquiens Prusię crudelitatẽ una detegebat queq; in omnes superbe impieq; fecisset. Cõmune pręter hęc bithyniorũ in illũ referebat odium adeo ut Prusię iam pridem infensos & regnũ eius detestãtes ad Nicomedem facile traduxerit: & simul dicens hic rex secundus nobis cum Andronicho duobus millibus stipatus eum sequebatur. Attalus iuuenem ꝑlibenter accepit: Prusiamq; adhortatus est ut ciuitates quasdã ad inhabitandum/regionem pręterea ex qua redditum percipere posset filio traderet. Prusias regnum omne Attali statim dare se dixit: cuius causa ut Nicomedi acquireret in asiam uenisset. Hęc fatus romam non nullos ex suis misit: qui Attalum ac Nicomedem accusarent: eosq; in iudicium accirent. Qui autem cum Attalo fuere statim in bithyniam profecti sunt: quibus uenientibus paulatim bithynij ad eos defluxerunt. Prusias nemini fidens: romanos quoq; ab his insidijs liberaturos se arbitratus thracem quendam elegit qui thraces quingentos in unum congregans solus corporis sui curã ageret. Ipse in arcem quę in Nicea est aufugit. Romanorũ igitur prętor: qui in urbe fuerant non statim Prusię legatos in senatũ duxit quo Attalo morem gereret. Cũ aliquando induxisset: & senatus prętorem ipsum legatos eligere mandasset qui finẽ bello imponerẽt tres uiros elegit: quorum unus lapide caput saucius fœdas pręferebat cicatrices: alius podagra laborabat: tertius stultior haberi consueuerat. Quamobrem Catonem legatos contemplatum dixisse ferunt Senatum legationem emittere quę ratione pedibus capiteq; careret. Legati igitur in bithyniam delati ut bello finẽ imponerent utrisq; mandauere. Nicomede uero & Attalo

Nicomedes ab Attalo perlibenter acceptus.

Hortatur Attalus Prusiam ut Nicomedi ciuitates tribuat.

Facetum Prusię responsum.

Nicea.

Romanorum legati a prętore electi ad finẽ bello imponendum.

Cato censorinus.

Facete de legatis Cato.

parere illis uelle respōdentibus: Bithynij preterea percepta re Prusię crudelitatem ulterius sustinere non posse clamitabant maxime cum eorū odium ex plurium querelis iam illi uulgatum esset. Ea ex causa legati ꝙ hęc romanis nondū innotescerent infecta pace ad suos rediere. Prusias desperatis romanorū rebus quibus potissimū fiderat nullius expectata ope in Nicomedem profectus est ut urbe intercepta ijs: qui ī eum insurrexerant bellum gereret. At illi rege prodito portas continuo reserant. Nicomedes subinde cum exercitu ingreditur. Prusiam uero ad Iouis templum confugere nitentem non nulli a Nicomede missi interficiunt. In hunc modū Nicomedes Prusię loco bithyniorū regnū adeptus est. Cui deinde functo rebus humanis Nicomedes eius filius cognomine Philopater imperio successit romanis regnū ueluti paternū illi statuentibus. Quę igitᷓ ad bithynios pertinēt huiusmodi fuisse constat: quę haud inutilia arbitror scitu esse. Alterius autem Nicomedis filius ex testamento regnum romanis dereliquit. Cappadocię ante macedones qui imperarint neutiꝗ aperte possum dicere: an ipsi ꝓprio potiti sint imperio: an Dario potius paruerint. Alexander quippe dicitur cum in Darium duceret principes earum gentium sub tributo reliquisse. Sic urbem Amisum genus atticum in democratia ueluti patria ipsis politia statuisse. Hieronymus nec has quidem nationes attigisse eum scribit uerū supra maritima pamphylię & cilicię progressum aliud in Dariū tenuisse iter. Perdicas deinde qui ab Alexandro macedonibus prefuit Ariarathem in cappadociam mouentē uel ab eo potius deficientem siue ut illius regnū macedonibus acquireret bello cepit: eumqꝫ suspendit: nationibus illis Eumenem cardianum prefecit. Eumene deinde interfecto cum macedones hostē illū iudicassent Antipater post Perdicam regiōis quę sub Alexandro olim fuerat curam agens Nicanorem cappadocię satrapem instituit. Macedonibus non multo post inter se discidentibus

Prusias in Nicomedē proficiscitur.

Mors Prusię.

Nicomede defuncto succedit Nicomedes secundus. philopater

Bithyniorū historię finis.

Bithynię regnum ex testamento romanis relictum.

Cappadocia.

Darius.

Alexander.

Amisum urbs.

Hieronymus.

Opinio Curtio dissimilis.

Ariarathes a Perdica captus ac suspensus.

Antipater.

Nicanor cappadocię satrapes instituitur.

Eumenes cardian[us]

Antigonus Laumedonte regno pulso Syrię prefuit. Mithridates huic adhęsit uir genere persarum regio. Ferunt Antigonũ ꝑ somniũ existimasse agrum se auro serere: Mithridatem deinde aurum metentem in pontũ recessisse: Qua ex causa illum capiens interficere conatus est. Ille cum sex duntaxat equitibus aufugit: & locũ quendã cappadocię muniens multis illuc confluentibus macedonũ incuria cappadociã finitimasq; circa pontum tenuit nationes. Postremo imperiũ in maius propagatum filijs tradidit: quod uicissim unus ab alio suscepit usq; ad sextũ a primo Mithridatem qui cum romanis bellum gessit. Huius itaq; generis cappadocię ac ponti reges cũ extiterint facile erit exponere quemadmodũ eorum regna diuiserint: & qui ponto qui ue cappadocię prefuerint. Primus igit̃ ex his romanis amicitia cõiunctus naues quasdã in carthaginenses ac belli permodicam prestitit societatem rex ponti Mithridates euergetus cognomine qui cappadociã quasi sibi alienam excurrit. Huic successit filius Mithridates dionysius cui eupater fuit cognomen quem romani excedere cappadocia iussere: Ariobarçane ad eos confugiente & digniore illis uiso qui cappadocię preesset siue ꝙ Mithridatis regno in maius adaucto non nihil uererentur & in plures clam diuidere optarent: & is quidem successit in regno. Nicomede autẽ Nicomedis prusię ueluti paterno ĩ regno a romanis bithynię presidere iusso Socrates fratrẽ Nicomedis eius qui christus dicebatur cũ exercitu in eum misit: eoq; modo bithyniorũ principatũ Socrates ad se trãstulit. Per idem fere tempus Mistralus & Bagoas cõtra Ariobarçanem qui a romanis regno prefectus fuerat in cappadociã ducentes Ariarathem regẽ prefecerunt. Romani Nicomedẽ simul & Ariobarçanẽ in regnũ una reduci statuerũt: & legatos hac de causa ad illos demiserunt: quibus Manius atilius preerat: assumereq; ex itinere a Lucio Cassio qui circa pergamũ castra habebat & exercitum permodicũ ducebat: & ab Mithridate eupatro auxilia iusserũt.

Antigonus.
Laumedon.

Mithridates sextus qui cum romanis bellum gessit.

Mithridates euergetus.

Mithridates dionisius

Socrates rex.

Christus

Mistralus

Bagoas

Manius atilius.
L. Cassius.

Origo belli Mithridatici.

Attende originē belli a romanis ꝓcessisse.

Amastris urbs.

Mithridates Pelopidā ad romanorū principes & legatos mittit.

Pelopidę querela.

Aristonichus.

Sed is quidē ꝙ cappadociā sibi abstulissent romani ac phrygiā conquestus quemadmodum grecis litteris perscriptum est nihil fauoris illis prestitit. Cassius autem & Manius Cassij copijs plures alias ex galathis phrygijsq; adijcientes Nicomedē in bithynię: Ariobarçanem uero in cappadocię restituere regna: Et cū uterq; Mithridati esset finitimus una cōuenerūt/ regionem eius q̄primū excurrere eumq; ī bellum prouocare: satis fisi romanos auxilio illis affuturos esse. Formidabat tamē ꝑ se quisq; cum finitimi illi essent tanti belli subire principium Mithridatis in primis ueriti potentiam. Instantibus autem legatis Nicomedes multas in parandis auxilijs ducibus ac legatis dedisse pecunias: plures etiam debere causatus: ampliores preterea a romanis: qui eum sequebantur mutuo sumpsisse ueluti coactus in Mithridatis regionem mouit exercitū: & usq; ad Amastrem progressus urbem uniuersa depopulatus est nemine uel prohibente illum uel aduersum occurrente. Quippe Mithridates q̄q̄ paratas copias haberet ultro cesserat plurimas iustasq; belli occasiones in illum preparans. Reuerso deinde multis cum spolijs Nicomede Mithridates Pelopidam ad romanorū principes ac legatos destinat satis cōscius eos sibi aduersos esse: & huiusmodi insultus causam ab illis ꝓcessisse. Dissimulans adhuc igitur: & plures simul & honestas huius belli preferens occasiones paternę societatis & amicitię memoriā illis protulit: quaꝝ causa phrygiam & cappadociam sibi ablatas fuisse querebatur: cum altera progenitorū suorū continue fuisset & a parente suo denuo suscepta: phrygia in uictorię signū contra Aristonichū ab imperatore romano prebita: nec cōmode admodū pecunijs imperatori ipsi traditis: & nūc inquit Nicomedē introitū ponti sibi intercludentē: omneq; regionē ad Amastrē urbē usq; populantē predamq; illā abducentē quam optime nostis: uidere negligitis cū ad offerenda auxilia nec debilis rex meus sit: nec imparatus. Cetetū uos testes earū rerū: quę ī conspectu uestro

gestę sunt expectat. Ex quo igit̃ affuistis & uidistis omnia hor-
tat̃ uos Mithridates amicus & socius amicos sibi pariter & soci
os (sic enĩ fœdera inter utrosq; iacta testãt̃) ut sibi a Nicomede
iniuriã passo uel opẽ afferatis: uel ab eo inferri prohibeatis. Sic
ille effatus est. Nicomedis deinde legati ex aduerso illi assisten
tes ita fari cœpere. Mithridatem iam pridẽ Nicomedi insidias
struentẽ Socratem cũ exercitu ĩ regnũ eius induxisse quiescen-
te illo: & quę maiorũ suoꝝ olim fuerãt iuste possidente: & hęc
a Mithridate in illum gesta esse: quem uos o romani bithyni-
orum regem esse uoluistis. Liquet igitur non magis in nos q̃ in
uos ab illo tentatũ esse. Hic etiã iubentibus uobis ne a regibus
ĩ asia existentibus europę inferret̃ bellũ magnã cheronnesi in-
uasit partẽ. Et hęc sunt in uos cõtumelię: & temeritatis ac diffi-
dentię eius opera. Apparatus uero tam ingẽtes q̃si ad magnũ:
& deliberatũ iam ab eo bellũ instituti ꝓpriorũ exercituũ uide-
licet ac socioꝝ thracũ scytharũq; & aliarũ sibi finitimarũ natio-
nũ: & iam cũ armenijs coniugia cõtrahit: ac in ęgyptũ & syriã
pręmittit ex suis reges ad amicitiã alliciens ac societatẽ. Naues
illi adsunt cataphractę numero tercentę & tamẽ alias instruit.
gubernatores ulterius & nautas ĩ phœniceam misit & ęgyptũ.
Quę quidẽ nõ ĩ Nicomedẽ tot ac tanta sed ĩ uos o romani mo-
litur Mithridates insaniens nũc ꝙ phrygiã subdole largitioni-
bus extortã ab imꝑatore uestro tanq̃ indebite possessã depone-
re iussistis: ꝑgrauiter etiã ferens cappadociã a uobis Ariobarça-
ni traditã ueritus successus uestros & occasione pręposita cõtra
uos apparat⁹ instruens ut aliq̃d uobis queat imponere. Sapien-
tũ quippe est nõ expectare quoad se uobis profiteat̃ hostẽ: sed
ad opera eius potius q̃ ad uerba adhibere animũ: neq; sub ami-
citię figmento latitanti ueros & probatos tradere amicos: neq;
iudiciũ uestrũ quo nobis regna decreuistis debilitari sinere ab
homine nobis pariter uobisq; inimico. Hęc Nicomedis legati
retulere. Ingressus deinde in romanorũ concilium Pelopidas

*Contẽtio inter legatos Mithridatis & Nicomedis in conspectu romanorũ: & primo Nicomedis.*

*Nota.*

Iterata Pelopidę querela.

de ijs quę a Nicomede prius gesta sunt denuo cōquestus est & ut iudicium suum prometent efflagitabat. Hęc enim aiebat ante oculos uestros gesta sunt o romani Mithridatis regione uastata: intercluso mari: prędа tam ingenti abacta nō uerborū circuitione opus est neq; iudicio sed uos iterū precamur ut uel facta prohibeatis: uel Mithridati iniuriā passo feratis auxiliū: uel hoc saltē ultimū o romani ne se ulciscentē uelitis ꝓhibere sed utriusq; labori cedere. Hęc Pelopida longioribus uerbis repetente uisum est utplurimū romanorū ducibus auxilia prębere Nicomedi: eorū tamen contentionibus p dissimulationē adhibebant aures. Cęterum ob ea quę a Pelopida relata sunt erubescentes amicitiam uidelicet cum Mithridate ex fœdere adhuc permanere quemadmodum illi responderent addubitabant. Maturo deinde consilio in hūc modum retulere. Neq; Mithridatem quicq̄ indebite perpeti a Nicomede uolumus: neq; Nicomedem ab eo debellari patiemur. Non enim utile romanis arbitramur Nicomedi damna inferre Mithridatem. Hęc effati Pelopidam responsionis ambiguitati contradicere uolentem emisere concilio. Mithridates igitur tanq̄ a romanis aperte iniuria affectus esset Ariarathem filium cū magna manu in cappadocię regnum mittit: quod statim expulso Ariobarçane suscepit. Pelopidas ad romanos iterum reuersus in hunc modum effari cœpit. Quę Mithridates a uobis iniuria affectus patiēter tulit cū phrygiam ac cappadociam illi abstulissetis audiuistis: Quot uero damna a Nicomede passus sit intuentes negligitis: amicitiā & societatē offerentibus non tanq̄ accusantibus apud uos sed reis potius respōdetis minime cōducere aientes romanoꝝ rebus damna Nicomedi inferri ueluti iniuria affecto. Vos igitᷣ hoc cōmuni romanorū in cappadociā damno causam prębuistis. Propter uos enī a quibꝰ adeo despecti sumus cū ī hunc modū sophistica responsione spernerenur. Hoc egit Mithridates & legatos cōtra uos ad senatū uestrū mittit: in quo uobis respōdentibus adesse pollicetᷣ: nec quicq̄ in peius uertere: neq;

Romanorū ambigua responsio querelis Pelopidę.

Mithridates Ariarathem filium cū magna manu in cappadociam mittit.

Cappadocię regnū a Mithridate susceptū.

Nouissima Pelopidę querela & acerbior.

principium tanti belli sine cõmuni romanorũ causa suscipere. Intelligentibus ipsis Mithridatem patrio prꝑesse regno: cuius magnitudo uiginti stadiorum millia amplectitur: pluresq; alias finitimas tenere regiones: Colchos gentẽ armanã: grecosq; supra pontũ habitantes: & barbaros quicunq; supra illos sunt: amicis preterea ad mandata paratis uti posse scythis: tauris: & bastarnis. Thracibus quoq; & Sarmatis & uniuersis circa Tanaim & Histrũ & paludem Meotidam incolentibus: cui Tobanes armenius socer est: & Arsaces parthorũ rex amicus. Nauium preter hec multitudo in promptu est: aliasq; de nouo instruit. Apparatus uero ad hec omnia abunde adsunt. Minime ementiti sunt uobis q̃q̃ calumniantes bithynij de ijs qui in egipto & syria sunt regibus: quos nõ solum nobis opus est si bellum fiat alijs adijcere: sed etiã a uobis nuper possessam asiam: greciam: libyam: multasq; italie partes: que auariciam uestram ferre nequeuntes indesinenti uobiscum prelio decertant huic bello inserere: quod nondũ disponere potentes Mithridati insurgitis Nicomedi & Ariobarçani per partes auxilia mittentes & profitemini nobis amici esse & socij: & ita respõdetis: deinde ut hostibus utimini. Afferte igit̃ si quid ob cõmissoꝝ poenitentiã eligitis uel iniuriã amicis uestris ne a Nicomede inferri sinite. Sic enĩ facientibus uobis auxilia cõtra italos regẽ nostrũ laturũ pollicemur uel apparentẽ saltẽ amicitiam dissoluite uel romã ad iudiciũ contendamus una. Sic Pelopidas elocutus est. Hi autẽ insolentius illũ loqui arbitrantes Mithridatẽ a Nicomede & cappadocia abstinere imperant: se statim Ariobarçanem ĩ eam reducturos esse. Pelopidã insup ab exercitu cedere iubent: nec ulterius ad eos reuerti nisi in ijs que mãdata essent ꝑmaneret rex. In hũc modũ igit̃ tulere sententiã & discedenti abinde Pelopide custodiã adhibuere ne quempiam in itinere ꝑuerteret. Quibus pactis cõsilia tanti belli neutiq; expectãtes: aut ut populo nota fierent exercitũ ex bithynia & cappadocia:

Magnũ imperiũ.

Colchos gens armana

Tobanes

Arsaces parthorũ rex.

Verba minatoria Pelopide.

L. Cassius asię proconsul.
Romanorū exercitus in Mithridatem.

Minutius ruffus.
C. Popilius.

Mithridatis exercitus in romanos.
Dicrotę naues quę duobus gubernaculis pariter a prora reguntur & puppe.
Neoptolomns & Archelaus fratres Mithridatis duces.

Quo tempore bellū inter romanos & Mithridatē cœptū.

Initium pręlij.

nec non ex Paphlagonia & Galathis qui ī asia sunt statim mouent. Verū quia proprius ipsis exercitus aderat: quem Lucius Cassius asię proconsul retinebat & omnes sociorū uires in unū conuenerant dispartitis copijs unusquisq; castra ponit: Cassius bithynię & Galatię in medio. Manius per inferiora bithynię Mithridatem uersus: Appius prefectus alius supra Cappadocię mōtes copias sistunt: equites habens unusquisq; ac pedites usq; ad quadraginta milliū numerum. Superuenerat & classis illis quam Minutius ruffus circa biçantium: & Caius Popilius adduxerant ponti introitum obseruantes. Aderat porro & Nicomedes rex peditum quinquaginta: equitum sex milia secum ducens. Tantus illis exercitus in unum coactus affuit. Mithridates uero ex proprijs peditum ducenta: equitum quingenta millia habuit parata: naues cataphractas tercētas: dicrotas centum: cęterarum quoq; ingentem apparatū. Duces illi copiarū Neoptolomus & Archelaus ad inuicē fratres fuere quibus ut plurimū ipse aderat. Auxilia quoq; ducebāt Arcathias Mithridatis filius ex minore armenia equitum decem millia & Dorilaus in phalangem constituta. Craterus autē centū: & triginta currus habuit. Tam maximus utrisq; apparatus fuit. Ferunt se mutuo tum primū prelio immiscuisse. Mithridates ac romani olympiade octuagesima supra centesimā. Patentibus igit̄ camporū spacijs iuxta Amneū fluuiū se ad inuicē intuentes Nicomedes ac Mithridates duces instruxere aciem. Nicomedes suos eduxit omnes. Neoptolomus: & Archelaus expeditos duntaxat: & quos Arcathias ducebat equos. non nullos pręterea ex curribus. Et iam phalanx procedere cœperat cū paucos ex suis ad tumulū quendam petrosum campi in medio pręmittunt ne a bithynijs numero superioribus circūueniri possent: quos cū e tumulo depulsos intueretur Neoptolomus ueritus ne eodem periculo circūueniret̄ subito ī auxiliū aduolat Arcathiam una inuocans. Nicomedes hęc contemplatus ex aduerso occurrit.

Fit hoc ĩ loco prelium ingens ac cędes. Instante itaq; Nicomede Mithridatis milites fugam capessunt: quoad Archelaus ab dextro cornu progressus persequentes inuadit. Illi autem in eum conuersi sunt. At is paulatim retrocessit ut Neoptolomi milites ex fuga reuocaret. Cum uero abunde id factum intelligeret se subito conuertit: ac currus in Bithynios falces deferentes cum impetu immittit: eosq; concidere ac secare cœpit: non nullos ĩ duas: alios in plures diuidens partes: quę res Nicomedis exercitum uehementissime conterruit cum homines semilaceros aut in plures desectos partes aut falcibus appensos spirantes adhuc intuerentur. Aspectus igitur magis ac nouitas q̃ pugnę uis ordines in unũ confuderat. Conturbatis illis Archelaus a fronte: Neoptolomus & Arcathias a fuga reuertentes a tergo instant. Illi se inuicem tutantes tandem in utrosq; ruunt. Cęterum cum diutius instarent Nicomedes una cum cęteris in paphlagoniam fuga abijt / Mithridatis phalange nondum progressa ad bellũ. Capta Nicomedis castra & quęcũq; in illis fuerant tum captiuorum multitudo abacta: quos omnes Mithridates prelata pietate exhibito etiam uiatico solutos ad propria iussit remeare humanitatis opinionẽ pręferens hostibus: quod opus Mithridatici belli primũ fuit & romanorum animos maxime confregit q̃si proteruia potius q̃ cõsilio ducti sine omnium consensu tantum prelij discrimen adijssent. Pauci quidem plures superauerant nõ ulla locorũ felicitate aut errore hostiũ cęterũ uirtute imperatorũ & militũ probitate usi. Nicomedes igit̃ cũ Manio castra iungit. Mithridates supra montẽ Scorobã se locauit qui Bithyniorum pontiq; regionis seruat fines. Interim pręcursores eius circiter centum ex Sauromatis octingentis Nicomedis equitibus obuiam progressi nõ nullos capiunt: quos uicissim Mithridates exhibito uiatico in patriam reuerti iussit. Maniũ uero fugientẽ Neoptolomus & Nemanes armenius circa primũ pachiũ locũ hora septima comprehendunt:

Ingens preliũ ac cędes.
Mithridatis militum fuga.
Belli mutatio uaria.
Currus falcati Mithridatis.
Bithyniorũ strages a curribus edita.
Nicomedis fuga.
Mithridatis pietas erga captiuos.
Scoroba mons.
Mithridatis iterata pietas erga captiuos.

Nicomedis exercitus cędes: & captiuitas.

& accedentem ad Cassium Nicomedem in pugnam compulerunt: equitum quattuor millia: peditum in decuplo amplius deducentē: ex quibus circa decē millia cęsa sunt: tercenti fere capti: quos ut prius ad se ductos Mithridates quo militū gratiam apud hostes mereretur liberos esse iussit. Manium cū exercitu interceptus est: uerū fugiens ipse supra Gargarum fluuium instante nocte ab altera parte transgressus in pergamum euasit. Cassius & Nicomedes & qui cum illis fuere romanorū legati ad Leontum caput peruenerūt qui totius Phrygię munitissimus locus est. Militabat & cum ipsis multitudo ingens qualem nō multo ante in unū collegerat/ fabrorum: agricolarum: & priuatorū quos ad bellum instruebant: Phryges quoq; illis addiderant. Veriti itaq; utriq; molestiam afferre uiris bellicosis eos liberantes retrocedere cœperunt. Cassius in Apamiam exercitū abducens: Nicomedes autem in pergamū. Mancinus subinde in rhodum uenit. Quę omnia intelligentes ii qui ponti ingressum obseruabāt statim recessere: ac ponti claustra: nauesq; quas a Nicomede acceperant Mithridati tradidere. Ille congressu uno uniuersum Nicomedis regnum sibi uendicans ciuitates circumibat: easq; ad se asciscebat. Progressus deinde in Phrygiam in Alexandri hospitio cōmoratus est: felicitati suę ascribens quo in loco diuertisset Alexander in eodē quoq; hospitari Mithridatem. Et is quidem Phrygię residua: Mysiam quoq; & Asiam quę romani nuper possederant inuasit & ad domesticos pręmittens Lyciam & Pamphyliā & quęcūq; usq; ad Ioniam sibi subdidit/ Laodicibus porro circa Lyciū fluuium sibi aduersantibus. Nam romanoꝝ pretor. Q. Oppius nomine equites nō nullos: ac milites mercede cōductos secū habēs urbem tuebatᷓ: tibicinē qui hęc diceret pręmisit regē Mithridatem Laodicibus ueniā polliceri si Oppiū sibi traderēt. Qua ex re permoti illi Oppii milites statim liberant: ducē autē ipsū ad Mithridatem destinant nō sine risu lictorem secū deducentē.

Iterata tertio Mithridatis pietas.

Gargarus fluuius.

Leontum caput.

Mancinus

Mithridatis uictoria.

Laodices. Licius A

Quintus Oppius.

Ignominiā attende.

Mithridates nihil immoratus undequaq; solutum illum duxit romanorũ imperatorem in captiuitate positum ostentans omnibus. Nõ multo post Manium Atilium qui legationis & belli huiusce potissimũ causa fuerat intercipiens in asino etiam uinctum iussit circũ ferri precedente tibicine qui intuentibus annunciaret. hic est Manius quoad in pergamo os eius/ perspersit auro auariciã obijciens romanis. Satrapas post hec populis imponens ad Magnesiũ atq; Ephesum Mitylenasq; delatus omnibus lete eum suscipientibus. Ephesijs insuper romanorũ abolentibus imagines quarum causa non multo post dedere poenas cum ex Ionia reuerteretur Stratoniciam cepit: illataq; urbi custodia etiam pecunia mulctauit. Formosam preterea uirginem inter mulieres cõspicatus secum abstulit. Cum magnesijs paphlagonibus & lycijs aduersantibus adhuc p duces proprios bellum gessit. Hec igitur a Mithridate gerebantur. Romani cum primũ eius impetum ingressumq; in Asiam audissent exercitum ĩ eam mittere decernunt: q̃q̃ contentionibus pene inextricabilibus & domestico in urbe uexarentur bello tota fere italia per partes ab eis deficiente. Consulibus itaq; prouincias inter se sortientibus asie principatus bellũq; ĩ Mithridatẽ Cornelio Sylle obuenit. Cui ob pecuniarũ inopiã cũ nihil ad bellũ cõferre possent ex decreto statuere ut quecũq; Numa pompilius rex ad deorũ sacra olim cõtulisset ea uenui subijcerẽt. Tantaq; fuit tunc omniũ inopia & ad omnia contentio honoris ut quedam ex ipsis uendere preuenerint: cũ quibus librarũ auri nouẽ millia in unũ congesta sunt: quod omne in id bellũ subinde cõtulerũt. Interim Sylla uarijs contentionibus destinebat: queadmodũ a nobis ciuilibus ĩ bellis pscriptũ est. Mithridates ex quo plurimas rhodijs naues imposuerat satrapis urbiũq; primoribus secreto pscripsit ut trigesimã diẽ obseruantes omnes pariter romanos q apud eos essent & italos eorũq; mulieres cũ pueris & liberis q romani sanguinis esse censerẽt interficerẽt:

Manius Atilius.

Aliam attende ignominiam.

Stratoniciam.

Cornelius Sylla.
Numa Pompilius.

Crudele mandatum.

eosq; insepultos abijcerent. Bona autem eorum cum rege diui-
derent. Pœnam quoq; per pręconem annunciari iussit ijs: qui
uel eos sepeliuissent: aut aliter occuluissent. Pręmia uero pręposuit qui indicia tulissent: uel latitantes interfecissent. Seruis
quidem supra dominos libertatem: debitoribus in feneratores
dimidiū eius quo tenerent. Et hęc quidē secrete omnibus a rege imposita. Cū adesset destinata cędi dies uniuersam per asiam calamitatū multiformes uisebantur aspectus: quarum non
nullas huiusmodi fuisse constat. Ephesij eos qui ī Arthemisiū
confugerāt statuas complexos per uim detrahentes interfecerunt. Pergameni illos qui ī Esculapij templum se contulerant
& abire recusantes sagittis confecerūt q̄q̄ simulachris deorum
inhęrentes. Adramitani si quos e uia fugientes deprehēdissent
inuadentes in mare iaciebant: eorūq; impuberes una submergebant. Caunij sub Antiochi bello cū Rhodijs tributarij effecti
essent & a romanis paulo ante liberati Italos in templum uestę
fugientes e loco rapuerūt: & primū quidē infantes in cōspectu
matrum necauerūt: deinde matres super illos: nouissime autē
uiros illis addiderunt. Traliani Theophilū quendam ferum &
agrestem hominē conduxere precio: qui uniuersos in templo
congregatos cędere adorsus ijs qui statuas amplexi essent abscidit manus. Talibus igitur qui ī asia fuere itali ac romani exagitabant̄ cladibus: nec solū uiri: sed mulieres & infantes eorūq;
liberti: seruiq;: & quicūq; itali censerentur esse. Qua ex re clare intueri licuit Asiam nō tam metu Mithridatis q̄ odio in romanos sic impie crudeliterq; desęuisse. Sed hi duplices sustinuere pœnas/Mithridate non multo post uarias illis inferente
iniurias: & Cornelio Sylla bello subinde ī eos insurgente. Mithridates post hęc in choum classe delatus chois pergrate eum
suscipientibus Alexandri filium eius qui ęgypto pręfuerat secum duxit: multisq; cū pecunijs a Cleopatra auia relictum in
choo regie penes se habuit. Ex Cleopatrę autē thesauris gaçam

Arthemisium

Diram lege & miserandam romanorū sortem.

Adramitani.

Caunij.
Ingrati homines.
Templum uestę.

Traliani.
Theophilus ferus

plurimũ ornatũ preciososq; lapides ac muliebrem mundum: infinitamq; uim pecunię pręmisit in pontum. Interea rhodij mœnia urbis ac portũ munire adorsi machinas illis imposuerant: & quidam cum ipsis ex telmisijs lycijsq; pugnabant: & quicũq; itali ex asia fugissent cum illis se cõiunxerant. Aderat &.L. Cassius asię proconsul. Adueniente igit cum classe Mithridate rhodij euacuauere suburbia ne quid utile relinqueret hostibus. Demũ ad pugnam cõuersi naualem quasdã a fronte: nõ nullas a lateribus opposuere rates. Mithridates qnqueremi pfectus in altum suis imperat ut in mare cornua extenderent: deinde citato remigio hostes numero inferiores omni ex parte inuaderent. Quod animaduertentes rhodij ueriti ne ab illis circumuenirent paulo post abiere. Inde fuga in portum delati oppositis claustris e mœnibus propulsabant hostes. Mithridates diu cõmoratus cum assidue portũ ingredi conatus ab incepto frustraret pedites ex asia affuturos operiri statuit. Interim breues cõtinueq; inter eos pugnę gerebant: qui ad mœnia cõstiterant: in quibus cũ rhodij superiores euasissent non multo post audacia repleti naues quas in promptu habebant captato tẽpore in hostes mouent. Oneraria regis naui uelo iter faciente rhodiorũ dicrota ĩ eam mouit: alijsq; hinc inde in auxilium affluentibus acre pręlium exorit. Mithridate autem excandescente & nauiũ multitudine ĩ eum insurgente rhodij nauigãdi peritia scaphis circũuecti eos uulnerabãt. Demũ triremẽ uiris oneratam: plurimaq; ex nauibus spolia ferentes in portum redierunt. Inter hęc qnqueremem ab hostibus captam ignorãtes ad inquirendam eam cõuertunt: pręmissisq; leuioribus adnauigare incipiũt. Inter has Damagoras classis pręfectus ferebat. Mithridates quinq; & uiginti naues antemittit: quę illi occurrerent quoad Damagoras circa solis occasũ retrocedere cœpit. Iam nox aduentabat cum eas quę reuertebant aggressus duas ĩmersit undis: totidem uero in lyciam cõuersas persecutus est.

Rhodiorũ probitas & fides in romanos.

Pugnę nauales.

Damagoras rhodiorũ classis pręfectus.

demũ nocte superato pelago ad suos redijt. Et hic finis maritimi belli cum Mithridate rhodijs fuit. Quod insperatũ ob paucitatẽ rhodijs: Mithridati ob multitudinẽ militũ contigit. Hoc prelio adnauigante rege: & suos ad pugnam adhortante nauis chia: quę auxilio illi aduenerat in regiã incidit: eaq; ex tumultu confracta est. Verũ rex tum nihil uidere simulans gubernatorem postmodum & qui in prora fuerat pœna affecit: chijsq; omnibus succensuit. Isdem fere diebus peditatu ad Mithridatẽ onerarijs triremibusq; aduecto chaonius incumbens uetus naues fere omnes ĩ rhodũ propulit: quibus celeriter inuecti rhodij cũ a fluctibus cõcussę hinc inde raperẽt: nõ nullas capiunt: quasdam penitus euertunt: alias uero igne succendunt: captiuos quoq; usq; ad quatercentos in potestatẽ redigunt. Quibus ex rebus Mithridates aliam denuo maris pugnam obsidionẽq; apparabat. Sambucam igit' quoddam machinamẽti genus ingens duabus nauibus instituit: ac transfugis tumulum quendã perfacilem ascensu regi ostendentibus: qui tabyrij Iouis templum ferebat' & maceriã sup illum corruentẽ exercitũ noctu nauibus imponit. Scalas porro quibusdã attribuit: & ab utraq; parte cum silentio subsidere iussit quousq; nõ nulli ex tabyrio ignẽ protulissent. Tunc uero confertim q̃ maximo quisq; clamore posset hos quidẽ portũ inuadere: alios mœnia scandere imperat. Illi miro silentio propius accedunt. Rhodiorũ uigiles id ipsum sentientes ignẽ proferunt. Mithridatis milites ignẽ e tabyrio emissũ arbitrati ex longo silentio una uoce clamare incipiũt. Qui scalas afferebãt reliquusq; exercitus ĩ auxiliũ aduolant. Rhodijs ex aduerso illis reclamantibus & impigre simul ad mœnia ruentibus hostes nihil ea nocte moliti sũt. Orta die ab illis repellunt'. Sambuca mœnibus impacta ea ex parte ubi Isidis templum fuit timorẽ maxime intulit. Sagittas enim innumeras: arietes: telaq; emittebat. Milites scaphis plurimis cũ scalis accurrebãt quasi ab ea muros ascensuri. Rhodij immoto

Chaonius uentus.

Rhodiorũ uictoria.

Sambuca machina.


Iupiter tabyrius.

Isidis templum

Aries.

gressu sustinuere hostes quoad machina ex grauitate cōfracta est ut Isidis ꝓdigio ignis ab ea emissus uideret̄. Qua ex re Mithridates desperata pugna exercitum deduxit a rhodo. Ad patareos deinde copias agens sacrum Latone nemus in cōficiendis machinis concidere aggressus est. Veꝝ somnio perterritus luco abstinuit: & Pelopidam qui cum lycijs bellū gereret ducem statuens Archelaum pręmisit ī gręciam qui uniuersa uel gratia uel metu sibi ascisceret. Ipse cum cęteris ducibus temulentus & uino madens aut delectus faciebat aut arma ptractabat & cum Stratonicia oblectabat̄ muliere & ius in eos qui uel insidias sibi intulissent aut noui aliquid moliti essent aut omnino romanoꝝ partibus fauissent proferebat. In his itaq; uersabatur rex. In gręcia uero hęc deinceps secuta sunt. Archelaus magno cōmeatu & exercitu classem mouens delum ab atheniensibus deficientē aliaq; loca ui ac potentia redegit ī ditionē uiginti millibus hominū his ī locis neci traditis quoꝝ plurimi itali fuere. Loca preterea atheniensibus attribuit: aliaq; huiusmodi arroganter admodū exercens & Mithridatē utplurimū extollens ad amicitiā compulit. Pecunias uero & sacra p Aristonem atheniensem ac pecuniaꝝ custodes usq; ad duū milliū numeꝝ pręmisit e delo: quibus usus Ariston tyrannidē patrię intulit: Ex atheniensibus hos statim interficiens ueluti romanorū secutos partes: alios ad Mithridatē ire iubens. Et hic quidem epicuri edoctus disciplinis. Sed nec ꝑfecto solus iste atheniensiū: neq; Critias etiam ante hunc: & quicunq; cum Critia philosophię una dedere operā tyranni extiterūt. Sed in italia & Pythagoras & in reliqua gręcia qui septē sapiētes dicebant̄ & qui negocia sibi desumpsere potentia usi sunt & tyrannide crudelius plerūq; ignaris litterarum sic ut de alijs philosophis dubiū sit ac suspitiosū an ꝓpter uirtutē aut paupertatē potius & inhabilitatē rerū gerendarū solamen quoddā sapientiā sibi effecerint cum plurimi ignorantes nūc & egeni aut necessitate

Patarei.
Latone nemus.
Mithridatis uita.
Res in gręcia gestę.
Fallacia.
Ariston.
Critias.
Tyranni philosophi.



Aristo
Archelaus

ad philosophiā delati diuitibus ac principibus calūnias acerbe inferāt nō ob insolentiā diuitiarū magis aut principatus gloriā q̄ ob inuidiā hęc ipsa ꝓferentes. Eos autē multo sapientius despiciunt ij quibus calumnię inferūt. Hęc igit̃ quispiā Aristonis philosophi gratia dicta arbitret̃ qui huic sermoni causam prębuit. Achiui deinde ac lacedęmonij cū Archelao conuenere & boetia omnis exceptis thespijs duntaxat: quos aggressus obsidebat. Ea tempestate Metrophanes alijs cum copijs a rege missus Euboiam ac Demetriadem Magnesiamq; Mithridatis iussa cōtinētes bello infestabat. Bryttius ex macedonia delatus exigua classe illi obsistebat: & nauigiū quoddā cum sexcuple ĩmergens mari omnes qui ĩ eis fuerāt occidit: quod aduertens Metrophanes pauore ductus fugā arripit. Ipsū quidē ꝓsperrimo uento usum cū Bryttius assequi nō posset Sciathū deprędatus est: qui locus barbaricę prędę uelut horreū quoddā fuit & seruos quosdā eorū suspendit: liberis uero abscidit manus. In boetios postea cōuersus alijs mille equitibus peditibusq; ex macedonia illi aduentantibus circa cheroniā Aristoni Archelaoq; per tres dies cōgressus est. Cū par labor ac certamen uniuersū teneret pręliū lacedęmonijs & achiuis in auxiliū Archelao Aristoniq; ꝓficiscentibus Bryttius omnibus in unū collatis se imparē arbitratus ad Pireum ꝓfectus est quoad Archelaus classe delatus locum tenuit. Sylla ab romanis ad bellū mithridaticū electus imperator legionibus quinq; stipatus ac cohortibus quibusdā turmisq; adiunctis ex italia ĩ gręciā enauigauit. Eo in loco pecunias statim a socijs cōmeatūq; ab ętholis thessaliaq; collegit. Cū uero abunde prouisum uideret̃ in atticā contra Archelaū proficiscit̃. Iter agenti boetia omnis paucis exceptis obuiam illi prodijt: inclyta thebarū ciuitas reiectis admodum leuiter romanorū partibus Mithridati obsequebat̃. Sed ea prius q̄ ad manus ueniret ab Archelao ad Syllam subito defecit. Ipse ad atticam conuersis signis parte copiarum ad urbem

Metrophanes.
Euboia
Demetriad
Magnesia
Bryttius.
Sciathum.
Syllę historia.
Thebe.

prę missa Aristonem obsidere cœpit: & ubi Archelaus inerat ad pireum peruenit hostibus intra mœnia conclusis. Erat autē murorū altitudo cubitis quadraginta amplior: machina omnis ex lapide quadrato ingentiq; cōpacta Periclionis opus cū peloponnesiaco bello atheniensiū dux spem omnem uictorię in pireo posuisset eū locū maxime cōtinuit. Sylla perspecta murorū altitudine statim scalas iussit apponi. Cūq; multa tentaret pluraq; patereť cappadocibus uehemētissime pugnātibus tandē labore cōfectus in Eleusinā concessit ac Megara. Ibi machinas ī pireū strui iubens aduersū excogitauit aggerē. Opera enim & apparatus omnis ferrū ac catapultę & alia huiusmodi ex thebis afferebanť. Achademię luco cōciso sublimes machinas fabricatus est. Truncos pręterea ingentes arborū ramis exutos: lapides: ligna: magnāq; uim terrę ad aggerē cōgessit. Interim duo ex pireo serui attici romanis fauentes uel sibi ipsis si qua fuga incideret consulentes bullas quasdā ex plumbo inscriptas: quod cōtinue ab hostibus fieret funda ad romanos iaciebant. Idq; cum diutius fecissent ita ut noti iam essent romanis Sylla animū illis adijciens hęc scripta comperit. Sequenti die pedites ī operarios a fronte cursum emittent: equitesq; ab utroq; latere romanos inuadēt. Ea re percepta exercitū ingentem occulens Sylla cū hostes cursu deferrenť: idq; repentinū esse credidissent ipse copias iam pridē latitātes multo celerius in eos emittit: plurimisq; interfectis nō nullos ī mare depulit: ita ut ab huiusmodi insultu deinceps tēperarēt. Elato iam admodū ī sublimi aggere Archelaus turres aduersas illi statuit; ac multa sup ijs erexit instrumēta: nouas quoq; denuo copias ex chalcide cęterisq; acersebat insulis: remiges etiā armis instruebat quasi periculo omni ex parte prodeunte. Fuerat maior Syllę exercitus & ex his maiorē Archelao adesse contigit. Nocte media Archelaus multis luminibus accurrens alteram ex testudinibus omniaq; quę super illam machinamēta fuerāt

Pirei portus. *descriptio*

*Periclio pirei faber*

Achademię lucus.

Attende.

Seruorum astutia.

Fortis oppugnātio ab utraq; parte.

Testudo.

Mira celeritas.

Andromichetes.

Romanorum fuga.

Barbarorũ cędes.

Archelai audacia.

Sylla milites infamia natatos pœna liberauit.

L. Lucullus.

Celetius

Attende.

incendit. Diebus decẽ Sylla alijs denuo refectis eodẽ loco quo prius steterant imponit: quibus Archelaus turrem e regione muri opposuit: allatisq̃ cũ classe alijs a Mithridate copijs: quas Andromichetes agebat omnes ĩ pugnã extulit. His sagittarijs funditoribusq̃ permixtis sub ipsis mœnibus instruxit aciẽ ut mœniũ quoq̃ custodes hostes ꝓpulsare possent. Alij pręterea in portis ignem deferẽtes tempus quo emitterent expectabant. Cũ pugna difficilior utrinq̃ fieret utraq̃ pars ꝑ uices inclinare cœpit: & primũ quidẽ barbari quoad Archelaus eos sustinens reduxit ad pugnã. Ea ex re turbati romani cũ ipsis fugere incipiũt. Sed his Murena obuians denuo cõuertit. Itaq̃ rubore cõciti pugna undiq̃ feruente ĩ Mithridatis aciem fecere impetũ: & ex hostibus ad duo millia interficiunt: cęteros intra mœnia compellunt. Archelaus iterũ eos auertens ac ob promptitudinem diutius pugnans a mœnibus exclusus fune relatus est in arcem. Sylla eos q infamia notati strenue tamẽ bello interfuissent pœna liberauit: alios multis accumulauit donis. Instante deinde hyeme in eleusina exercitũ cõstituens fossam desuper a mari ingentem fodit ne hostium equitatus ea ex parte facile decurreret: q̃q̃ hęc ipsa laborantẽ noua quotidie pręlia lacesserent nõ nũq̃ circa fossam: aliquando e mœnibus: egrediẽtibus sępenumero hostibus: & lapidibus sagittis fundisq̃ certantibus. Ipse cum classe indigeret in rhodũ misit. Addubitantibus rhodijs classem emittere Mithridate obsidente maria Lucullũ uirũ illustrẽ & romanũ & sub se pętorẽ eo in bello in alexandriam & syriam ad reges ciuitatesq̃ quęcũq̃ classem cõtinerẽt clam adnauigare iussit: nauesq̃ in rhodum mittere. Obsesso undiq̃ pelago hostili classe nihil tamẽ ueritus Lucullus ĩ celetium descendit: & nauẽ ex naue permutans quo facilius latere posset in alexandriã tandẽ uenit. Interea qui e muris quęcunq̃ interius fierent funda romanis annũciare cõsueuerant denuo scripsere Archelaum nocte insequenti per milites frumentũ

athenas missurũ ijs qui fame premerent. Sylla dispositis insi-dijs milites frumentũq; dep̄hendit. Eamet die Munatius circa chalcidẽ Neoptolomũ alterũ ex Mithridatis ducibus uulnere afflixit: & ad mille & quingentos interfecit: Suscepit & capti-uos plurimos. Non multo post in pireũ uigilibus adhuc nocte quiescentibus romani ob machinarũ ꝓpinquitatẽ scalas muris afferentes, mœnia ascendunt & qui proximiores e custodibus fuerãt interficiũt. Qua ex causa nõ nulli barbarorũ a pireo de-siluere murũ ueluti ab omni parte interceptum relinquentes. Quidã audacia freti ducem eoꝝ qui ascenderãt interemerunt: reliquosq; ab extra detrudũt. Postremo portas egressi alteram romanoꝝ incendissent turrem nisi ab exercitu occurrens Sylla noctem perpetẽ insequentẽq; diem illis obuians machinas ab igne esset tutatus. Ac tunc quidem cessere barbari. Archelao uero turrẽ alterã ingentẽ supra muros aduersam romanorum turri statuente utraq; ex parte inuicẽ pugnatũ est: assiduaq; & frequẽtia undiq; emittebant tela quoad Sylla ex catapultis ui-ginti simul plumbeas emittens pilas multos occidit & Arche-lai turrẽ confregit inutilẽq; reliquit ita ut Archelaus ex timore post mœnia latere cogeret. Increbrescente dietim in urbe ine-dia atq; fame funditores denuo hęc plumbo inscripta annũciãt Archelaũ sequẽti nocte cõmeatũ in urbẽ esse missurũ. Arche-laus econtra aliquã proditionẽ aut indiciũ rei frumentarię ad-esse suspicatus simul cũ emitteret nõ nullos in portis ignem in romanos delaturos collocat si forte Sylla frumentũ conaret in-uadere. quod utrũq; euenit. Sylla quippe frumentũ deferentes intercepit. Archelaus uero quasdã ex machinis cõbussit igne. Ea tempestate Arcathias Mithridatis filius alijs stipatus copijs ĩ macedoniam descendens haud quaq̃ difficulter prouinciam cepit modica romanorũ manu in ea residente. Satrapas quoq; sibi asciscens in Syllam uertebat exercitum. ueꝝ nõ multo post ualitudine correptus circa Tideum extinctus est. Atheniensiũ

Militum frumentiq; interceptio ab Sylla.

Munatius.

Barbarorũ cędes & ca-ptiuitas.

Catapulta maior.

Vrbis fames.

Arcathias

Mors Arcathię Mi-thridatis f. lij.

Tydeus

Athenarũ urbe fame laborãte Sylla quid.

Descriptio acerrimę pugnę arcis pirei.

Pugna sub terra.

Strenuũ ducẽ nota.

Archelai probitas & prudentia.

Ignē

interea urbe fame laborante / Sylla custodijs appositis ne quis egrederet᷑: & ex multitudine uehemẽtius augeret᷑ fames summopere curabat. Aggerẽ autẽ uersus pireũ in arduũ adducens machinas imposuit. Archelao deinde aggerem suffodiente & terrã utplurimũ latenter asportãte agger inopine corruit. ueꝝ occursus antecapto sensu romani machinas e loco submouent: aggeremq; denuo implẽt. Eodẽq; modo & ipsi terrã ad muros fodere incipiũt. Sub terra igit᷑ inuicẽ congressi telis ensibusq; e manu missis quoad fas erat in obscuro depugnabãt. Dum hęc inter eos gerunt᷑ Sylla ab aggere multis erectis machinis muros ariete cõcutit: & parte inferius deiecta turrẽ quę in ꝓximo fuerat incendere festinat. innumere quippe ĩ eum faces telaq; torquebant᷑. Audaciores etiã cũ scalis ad mœnia ꝑmittit. Festinantibus ab utraq; parte omnibus turris igne corripit᷑: & muri parte delapsa Sylla custodiã imponit. Disiecta autẽ muri fundamenta lignis annexa sulfure: pice: stupaq; repleta ab omni parte flãmas effundũt. Alijs itaq; sup alios corruẽtibus q mœnibus institerãt ad ima deuoluũt᷑. Repẽtinus quippe tumultus & ĩ latũ diffusus omnes custodias subito exterruit quasi quod sub ipsis steterat una laberet᷑. Ex quo ad omnia assidue cõuersi mentẽ ex timore amiserãt & leuius hostes instãtes repellebãt. Sylla eo modo labentes strenue aggressus: & ex ꝓprijs defessis cõmutans integros alios sup alios lanceatores ĩmittit. Cũ scalis ꝑterea clamore & adhortatione cõuertens minis simul suasionibusq; ad bellũ excitabat: quasi ĩ hoc duntaxat modico de tota esset pugna iudicandũ. Archelaus altera ex parte territis milites alios opponẽs pręliũ subinde renouabat uniuersos inuocãs & ad pugnã excitãs in hoc uno salutẽ illis sitam esse referebat. Magna itaq; ꝓmptitudine: ac diligẽtia utraq; ex parte feruentibus laboris tolerantia cędesq; inter utrosq; par similisq; uisebat᷑ donec Sylla exterius progressus cũ uehementer laboraret exercitũ tuba iussit reuocari & militibus eductis eoꝝ uirtutem admiratus est. Archelaus interim mœnia prelio collapsa nocte

reparabat plurima ex lapide rotundo interius apponẽs. Ob id Sylla uniuerso cũ exercitu debilia admodũ atq̧ humida & quę facile deleri possent expugnare ratus pręliũ inijt. Vez cum in arcto pugnãdũ esset milesq̧ desuper a fronte p apices & infirma queq̧ ueluti salebrosis i locis niteret̃ pirei tandẽ oppugnationẽ omisit: & ad urbis obsidionẽ ut hostes fame enectos facile opprimeret se cõuertit. Intelligebat enĩ eos qui in ciuitate obsidebant̃ fame adhuc magis laborare: & iumentis omnibus absumptis coria bursasq̧ decoquere: excremẽta etiã assumere: nõ nullos porro cadaueribus uti humanis. Exercitui igit̃ ut urbem circũquaq̧ uallaret imponit ut ne unicus quidẽ latenter posset euadere. His ita constitutis scalas adduci: muros perfodi imperat. Cũ fuga ut inter debiles fieri cœpisset urbẽ ingredit̃: & statim in urbe occisio ĩmensa adhibita misericordia exorit̃. Non enim ob debilitatẽ fugere poterãt: neq̧ in mulieres aut infantes pietas ulla uisebat̃ Sylla obuios quosq̧ ob irã per pręconẽ iubente interfici cum simul ex celeritate & in barbaros subita mutatione immoderata contentione uteret̃ adeo ut plurimi intellectis ijs quę p pręconẽ nunciabãt̃ seipsos interfectoribus obijcerent. Paucorũ debilis admodũ erat ĩ arcẽ cursus. Cum quibus & Ariston una fugiens orchestram incendit igne ne parata lignoz materia Sylla facilius arcẽ expugnaret. At ille urbẽ uetuit incendi: dirripere autẽ quęcũq̧ exercitui concessit. Pluriumq̧ in domibus humana corpora ĩ cibos pręparata inuenta sunt. Post hęc Sylla seruos omnes uendidit. liberis autẽ quicũq̧ ingruẽte nocte sibi ipsis nõ attulissent manus quoz minimus fuit numer9 libertatẽ elargiri dixit & decretũ quo inuictos uti licet penitus adimere eademq̧ filijs & nepotibus eorũ indulgere. In hũc modũ athenienſiũ cladibus finis tandẽ datus est. Sylla his peractis custodiã arci apposuit: & Aristonẽ reliquosq̧ qui in eam confugerãt fame ac siti maceratos non multo post redegit in potestatẽ. Ipsum quoq̧ Aristonem & qui cum illo grassabantur aut principatum moliri cœperant: aut quid aliud iniuste egerant cum primum grecia

Attende necessitatẽ.

Expugnatio urbis atheniensis.

Crudelis sors.

Orchestra.

Nimiũ crudelis Sylla.

Capitur Ariston.

a romanis capta eorum ditioni subiecta est morte mulctauit: ceteris uero pepercit: legē preterea omnibus imposuit: quemadmodū a romanis per prius illis fuerat edictum. Elata ex arce referūt auri pondo quadraginta amplius argenti sexcentū. Et hęc quidem circa arcem modico post confecta. Sylla q̄ primū capta urbe nihil īmoratus pireū obsidere pergit: simulq̧ arietes & sagittas ac tela torquebat. uiros porro q̄plurimos qui testudinibus operti muros foderent ac cohortes quę muris īminētes iaculis sagittisq̧ abigerēt undiq̧ cōstituit. Lapides insup humidos adhuc ac minus inter se copulatos cū nouiter erecti essent facile disiecit. Cedentibus ipsis cū Archelaus per prius alios erigeret: & multos his similes interius edificaret muros: insuperabilis: cōtinuusq̧ Syllę obijciebat labor: cum ex uno in aliū desilire opus esset & impetu assiduo & mutatione militū crebra uti. Itaq̧ discurrens ipse & suos ad opus inuocans quasi in hoc reliquo & spes & utilitas & laboris adesset finis pręsens hortabat. milites quoq̧ re ipsa laborū exitū rati adesse: minus egregium & illustre facinus existimantes huiusmodi superare mœnia inter se honoris cōtentione permoti per uim conabāt ingredi. Horū itaq̧ impetu pauefactus Archelaus cum furore quodā nulla ratione inniti uiderentur muros dereliquit & ad pirei firmissimam partē: quę mari claudebatur sese contulit. Eo in loco cum nauibus destitueretur Sylla nihil moliri poterat. Archelaus inde in thessaliam per boetios profectus est & ad thermopylas delatus exercitus sui reliquias in unum contraxit quo facto Andromichete accedente exercitū qui Arcathiam regis filiū in macedoniā secutus fuerat ceteris adiunxit. insignem admodū & multis stipatū gentibus. Addidit & alios qui a Mithridate mittebantur. Non enim in delegandis copijs usq̧ defecerat. Hos igitur celerrime cōgessit. Sylla interea pirei partem quę ciuitati potissimū aduersa erat igne succendit: nec portubus aut naualibus aut alicui insigni pepercit operi. Inde in Archelaū p boetios & ipse transmisit. Cū ad inuicem

Auri et argenti pondera ex arce extracta

Pirei oppugnatio.

Optimus imperator.

Recessus Archelai.

propinqui essent: illi quidẽ ex thermopylis ꝑ prius accedentes in phocidam uenere: thraces uidelicet & a ponto scythę: cappadoces: bithynij galathę atq; phryges: & quicũq; a Mithridate nouissime subacti fuerãt usq; ad centũ uiginti millia hominũ quibus duces ꝑ partes aderant. Sup omnes autẽ Archelaus imperabat. Sylla ecõtra italos ducebat: grecoꝝ preterea ac macedonũ quicũq; prius ab Archelao ad eũ uenerãt: & ex finitimis nõ nullos qui omnes ne ad tertiã hostiũ attigere partẽ. Cũ aduersi inter se stetissent Archelaus suos ĩ aciem disponit hostes cõtinuo ĩ pręliũ lacessens. Sylla cunctandũ ratus loca multitudinẽq; cõtemplabat̃ hostiũ. Recedentẽ deinde ĩ chalcidem Archelaũ insecutus tempus & locũ obseruabat. Cũ illũ circa cheroniã inter aspera queq; castrametantem offendisset: ubi nõ nisi uincentibus reditus ullus prestabat̃ campũ ingentẽ ac ꝓximũ inuadens subito copias mouit q̃si nolentẽ etiã ĩ pugnã coacturus Archelaũ. In quo cũ supinus & apertus esset locus facile ad insequẽdũ & recedendũ prestabat iter. Archelaũ uero rupes undiq; cingebãt. Quę res ne cõmune quidẽ opus ulla ex parte utrisq; fecerat cũ ꝓpter inęqualitatẽ quo ĩ loco consisterent nõ haberẽt: & terga uertẽtibus ob rupes difficilis esset fuga. His itaq; rationibus ex locoꝝ difficultate permotus Sylla in eũ ꝓficiscit̃ satis gnarus multitudinẽ nihil utilitatis Archelao afferre posse. Sed ille ne tum pugna omnino se ĩmiscuit: ociosęq; eo in loco morabat̃. Insurgente demũ Sylla inter ipsas rupes tarde uixq; presenserat. quosdã etiã premisit equites q illi obsisterẽt. Cõuertẽtibus se retro illis & inter rupes decurrẽtib9 sexaginta emisit currus ut hostiũ aciẽ magno conatu infringeret. Cedentib9 romanis currus ex ĩpetu ĩ ultimos delati: cũ nullo pacto retrouerti possent sed ab illis obsiderẽt̃ raperenturq; cõfracti sũt. Archelaus q̃q̃ secure adhuc e castris pugnare posset citoq; inter rupes referre exercitũ cũ ĩpetu aciẽ emittit: in ordinemq; celerrime tam ĩmensam multitudinẽ & periculi

Sylla & Archelaus se ad bellũ pręparant.

Attende imperatorẽ.

Lege illustrem pugnam.

Cheronia

sui haud satis gnaram ipse inter angusta constitutus loca subito exponit/ Syllā iam appropinquantē intuens. Principio itaq; equites celeri cursu in hostes concitans/ romanoꝝ phalangem per mediū secuit & in duas diuisam partes ob paucitatē circūdare aggredit̄. Illi in omnes conuersi strenue pugnabant. maxime uero laborabāt ij qui circa Galbam Hortensiumq; uersabant̄. quibus Archelaus aduersus steterat barbaris ut in cōspectu imperatoris cū prōptitudine audaciaq; pugnātibus: donec Sylla equitatu plurimo instāte Archelaus militaribus ex signis puluereq; in altū edito imperatorē adesse ratus ulterius romanos circundare omisit: seq; in ordines denuo retulit. Sylla ex equitibus precipuos quosq; producens duabus cohortibus in transitu assumptis continue eos obseruabat: & hostibus nondū in circuitū prodeuntibus aut a fronte firme permanētibus inuehit̄: & magna eorū parte concisa ī fugam uertit. Incipiente ab hac parte uictoria Murena in leuo cōstitutus cornu neutiq; moratus est. ueꝝ qui sub se fuere increpatis & hostib9 strenue incumbens uehementius insequi cœpit. Cōuersis iam Archelai cornibus neq; qui in medio erant perstitere sed repentina inter omnes fuga exorit̄. Hoc in loco quęcunq; Sylla opinatus fuerat euenere hostibus. Non enim locū facilē aut amplū quo fugerent habentes a persequētibus inter rupes trudebant̄: ex quibus nō nulli eo ī loco concidebāt: quidā sponte ad exercitū redibant. Archelaus eos suscipiens imprudenter tum maxime se hostilibus inclusit cladibus. Castroꝝ enim portas occludi & in hostes redire imperat. At hi ex promptitudine facile reuertebantur: ueꝝ neq; presentibus ducibus a quibus in ordinem redigerentur: neq; suorum signa satis discernentes cum inordinata quisq; conuersione raperetur locumq; uel ad fugam uel ad pugnam ignorarent cum angustior ex insecutione illis fieret ueluti per inertiam passim cędebantur: non nulli in hostes nihil attentare ausi: quidam a se ipsis & loci angustia oppressi

Astutia Archelai.

Galba.
Hortensius.

Murena.

Fuga exercitus Archelai.

ad portas ferebantur circaq; illas intercipiebantur eos a quibus exclusi fuerant increpantes deos patrios: ac domestica queq; aduersa ipsis precabantur quasi nõ ab hostibus magis q̃ ab illis eos despicientibus interficerẽt quoad tandem Archelaus sero tamen portas ex necessitate iussit aperiri ac nullo ordine excepit fugientes. Romani his intellectis se inuicem in hostes adhortati cursu fugientes insequũt. Ita in exercitũ delati uictoria ad ultimũ potiti sunt. Archelaus ceteriq; omnes separatim sibi quisq; fuga consuluere: & ĩ chalcidẽ profecti ex centũ uiginti millibus uix decem millia eo ex prelio ĩ unũ colligunt. Ex romanis quinq; duntaxat & decẽ desiderati sunt: ex quibus duo demũ redierunt. Hic igit Sylle & Archelao Mithridatis duci circa Cheroniam belli finis Sylle potissimũ prudentia & Archelai inscitia ĩ hunc modũ ab utroq; gesti. Sylla magnũ captiuorũ armorũq; numerũ ac predam nactus ingentem inutilia in unũ congregans ut romanis mos fuit adhibito igne ipsemet martialibus adoleuit dijs. Modicis deinde satisfacto milite ad Euripum cũ expeditis in Archelaum contendit: qui classe carẽtibus romanis intrepide insulas circũnauigabat: maritimaq; omnia depopulabat: & Zacintho egrediens cũ castrametatus esset & a nõ nullis romanorũ insidias illi struentibus impediretur noctu inopine euadens denuo ĩ chalcidẽ delatus est predatori magis q̃ bellatori assimilis. Mithridates tam insigni clade accepta subito ut in re maxima cœpit trepidare. Exercitum insuper aliũ ex omnibus que sub eo fuere nationibus summa celeritate collegit arbitratus etiã ob eiusmodi cladẽ non nullos aut statim aut cũ tẽpus affuisset in eũ moturos arma suspectos omnes prius q̃ bellũ oriret ĩ unũ cõtrahit & ĩ primis galatha tetrarchas q cũ eo ut amici una militauerãt: & quicunq; illi nõ parebãt cũ filijs & uxoribus neci tradidit tribus duntaxat fuga ereptis nõ nullis insidias premittens: quosdã ĩ cœnaculo unica nocte cõficiẽs ratus nihil tutũ sibi futu appropinquãte Sylla:

Romanorũ uictoria.

Ingens differentia.

Cheronia

Mos romanorum

Latebra assidua Archelai.

Mithridatis crudelitas.

& substantias eorū sibi uendicans custodias intulit ciuitatibus. Satrapem quoq; ad eas gentes misit prępotentē: quem statim tetrarchę qui ab eo aufugerant congregato exercitu pręsidijs a galathis expulsis e regione pepulerunt, ita ut Mithridati galathorum pecunias tantūmodo contingeret habere. Chijs autē succensens ex quo nauis eorū ad regiā delapsa eo prelio quod apud rhodios gestum est eam latenter incurrerat. Primū eorū bona qui ad Syllam transfugerant publicauit. Ad hęc quę romanorū fuerant ī chio qui inquirerent emisit. Postremo cum Zenobius cum exercitu in gręciam proficisci diceret chiorum mœnia & quęcūq; alia munita loca noctu inuasit. Deinde pręsidijs appositis ad portas hęc p pręconē annūciari iussit peregrinos omnes tutos fore & illesos: chios autē ad conciliū accedere oportere cum nō nulla ipsis a rege esset relaturus. Cum in unū omnes cōuenissent hęc breuiter retulit. Quoniā rex de ciuitate illa dubitaret ob eos qui romanis fauerent a suspitione cessaturum si arma attulissent & pueros nobiliores obsides dedissent. At illi ciuitatē iam captā intuentes utrunq; tradidere: quę omnia a Zenobio ad erythras missa sunt. Post hęc ueluti a rege ad chios pscribente huiusmodi epistola prolata est. Beniuoli adhuc estis romanis cū multi ex uobis apud eos diuersentur & eorum contubernijs utamini nos utiq; spernentes. In meā pręterea nauim cū apud rhodū bellū gererem triremem uestrā īpulistis: a qua cōfracta est. quę omnia patienter ferens sponte in gubernatores solos animaduerti ut salui esse possetis & beniuoli mihi esse atq; amici. Vos autē nunc etiam latenter optimos ex uobis ad Syllam mittitis nemine uestrū ut a cęteris sibi impositū ostendente aut quod huiusmodi actorū opus sit annūciante. Hos igit imperio corporiq; meo insidiantes amici mei nō iniuria morti condemnarūt. Ego autē mulcta talentoꝝ duū millium uos condemno. Huiusmodi continebat epistola. Cū legatos ad regem mitti poposcissent prohibente Zenobio

Zenobius.

Similis historię belli punici tertij.

Erithre

Mithridatis epistola ad Chios.

Attende.

armis spoliati & filijs quos potiores habuerant exuti tam immenso barbarorũ instante exercitu lachrymantes quoq; deorũ ornamenta atq; mulierũ in supplemẽtum huius oneris coacti sunt conferre. Quibus peractis Zenobius argenti pondus imperfectum causatus esse ciues in theatrum conuocari imperat: & exercitu undiq; apposito nudis ensibus cęterisq; angiportibus obsessis usq; ad mare eos deduxit unumquenq; ex theatro euocans ac separatim uiros: separatim mulieres: filiosq; nauibus imponẽs: rituq; barbarico crudeliter abducens ad Mithridatem misit: qui omnes ad euxinũ pontũ duci iussit. Hęc igit̃ in Chios acta. Zenobiũ uero Ephesij cũ exercitu ad eos uenientẽ arma ante portas deponere & cũ paucis ingredi iussere. Quod facere pollicitus transijt ad Philopomonem patrẽ. Monimes quę a Mithridate diligebat̃ prę sidem ephesiorũ a Mithridate constitutũ & Ephesios per pręconẽ in conciliũ iussit acciri. At illi nihil utile ab eo euenturũ expectantes ĩ sequentem diem distulerunt: & nocte alios excitantes adhortantesq; Zenobiũ in carcerem coniectũ necauerũt. Deinde interceptis mœnibus multitudine ex agris undiq; collecta ciuitatẽ ĩ potestatẽ eorũ redegerũt. Quę intelligentes traliani & ypapeni & mesopolitę & alij quidã quę chij ptulissent eorũ casus miserati paria ephesijs operati sunt. Mithridates ex quo exercitũ ad eos qui defecerant emisit & pleraq; in illos quos susceperat crudeliter operat9 est. Pro reliquis anceps & dubius grę cię ciuitates libertati reddidit ęris alieni remissionẽ per pręconẽ iussit annunciari & aduenas ĩ quacũq; earũ haberi ciues: seruos liberos esse uoluit ratus cũ illos ĩ unũ collegisset qui fenori obligabãt̃: aduenas pręterea & seruos: qui eius principatu minus firme sibi impensa habere credidissent beniuolos sibi futuros esse. Interim Mynion & Neoptolomus smyrnei ambo: Clisthenes & Asclepiodatus e lesbo omnes regi noti: Asclepiodatus alias apud eum militaris ductor ordinis uicissim in regẽ cõspirarũt.

Crudelitas iterata Mithridatis.

Philopomones

Monimes Mithridatis amasia.

Traliani.
Ypapeni.
Mesopolitę.

Mynion & Neoptolomus: smyrnei.
Clisthenes & Asclepiodatus: lesbij.

Proditio.

Ex quibus Asclepiodatus cõiurationis index ad perhibendam fidem sub lecto quodam latuit ut Mynionem audiret loquentem. Cõspiratoribus itaqꝫ comprehẽsis & uerbere affectis suppliciũ de ipsis sumptũ est. Suspitio igit' multos ad similia impulit: ut ex pergamenis eadem meditantibus octoginta capti sint & in alijs ciuitatibus q̃plurimi. Inquirens ergo Mithridates ad alias urbes nõ nullos misit quorum industria publicatis sontibus ad mille sexcenti interfecti sunt. ueꝝ ex accusatoribus ipsis non multo post quidam a Sylla necati: non nulli seipsos interemerunt: alij cũ Mithridate ĩ pontum perfugerunt. His in asia gestis exercitum usqꝫ ad octoginta militum millia a Mithridate cõgregatum Dorilaus in grȩciam ad Archelaum deduxit: qui ex prioribus ad decẽ millia adhuc in armis continebat. Sylla castris ad Orchomenũ positis contra Archelaum cũ equitatus multitudinem aduenientem conspexisset campum fossis undiqꝫ muniuit decem pedum in amplitudinẽ eductis: & accedente Archelao copias aduersum statuit. Debilius autẽ pugnantibus romanis ob equitatus multitudinẽ plurimũ illos adequitans hortabat' ad bellum: plerũqꝫ etiã minis increpabat. Cum neqꝫ illos ĩ hunc modũ excitare posset equo desiluit: arreptaqꝫ aquila campoꝝ in medio cũ scutiferis constitit uoce intonans Si quis uos o romani interroget quo in loco Syllã imperatorẽ uestrũ prodidistis: in Orchomeno pugnantẽ dicite. His auditis copiarũ duces ex ꝓprijs ordinibus ad eũ iam periculo proximũ accurrũt. Aduolat & reliqua multitudo rubore ducta. Cõuersione itaqꝫ in hostes facta tandem terga dare coegerunt. Incipiente uictoria denuo ĩ equũ relatus suos circumibat: strenueqꝫ ad pugnã incitabat: quo opere finis bello datus est. Hostium ad quindecim millia interiere: quoꝝ maior pars equites fuere: cum quibus & Diogenes Mithridatis filius interemptus est. pedites in exercitum confugerunt. Veritus igit' Sylla ne Archelaus ut prius cũ ipse nauibus careret in chalcidẽ

*Marginalia:*

Nouus exercitus in Syllam deducit'.
Dorilaus.
Orchomenũ.

Fit pugna.

Singulare magnanimitatis exemplũ ab Sylla.

Terga dant barbari.
Syllȩ uictoria.

Barbarorũ cȩdes.
Diogenes Mithridatis filius interficit'.

perfugeret campũ ab omni parte noctu iussit custodiri p̱ diem non ultra stadium ab eo distans. Cum ad pręliũ neutiq̧ prodiret campũ in circuitu undiq̧ perfodit. Milites tum uel maxime ut residuũ belli adimplerent adhortatus hostibus haud longe distantibus exercitũ quoq̧ ad uallum deduxit Archelai. Similia apud hostes ex mutatione secuta sunt ducibus ob necessitatem hinc inde discurrentibus: & instans periculum illis ostendentibus: increpantibusq̧ uehementer nisi a uallo propulsarẽt hostes numero illis inferiores. Impetu igitur & uociferatione ab utraq̧ parte editis multa inuicem egregia belli facinora gesta sunt. Angulũ deniq̧ castroꝶ obiectis clypeis inuadentes romani lacerarũt: ad quos barbari e castris occurrẽtes intra uallũ cõstiterũt quasi gladijs insurgentibus obuiaturi hostibus: neq̧ tamen quispiam ingredi est ausus. Primus Basillus posterioris ductor ordinis intercepit aditum & aduersantem oppressit hostem. tũc uniuersus post eum secutus est exercitus. Fit fuga primum: deinde hostium cędes oritur non nullis aduersantibus: quibusdam in propinquã paludem se impellentibus: nec ulterius sustinentibus impetum: & prece barbarica interfectores eorum deprecantibus. Archelaus in stagno quodam & ipse latuit: & scaphis inuentis denuo in chalcidem deuectus est. Eo loci quascũq̧ Mithridatis copias adesse comperit per partes inter pedites locatas mira celeritate collegit. Sylla die sequẽti ductorem militum corona donauit: cęteris omnibus belli pręmia contribuit: & boetiam continue deficientẽ deprędatus in thessaliam ad hiberna se contulit classem a Lucullo uenturam operiens. Dubius deinde quo in loco Lucullus moraretur alias naues denuo contrahit. Cornelio interim Cinna & Caio Mario romę Syllę aduersantibus: ac eũ hostẽ decernẽtibus populi romani: domũ pręterea & uillas eius diruentibus & amicos pariter interficiẽtibus nihil tamẽ solitę potestatis omisit exercitũ promptũ nactus ac fidelẽ. Cinna Flaccũ in consulatu collegam

Alia denuo pugna instruitur.

Acre prelium.

Basillus.

Fuga ac cędes barbarorum.

Virtus Archelai.

Cornelius Cinna. & C. Marius romę Syllę aduersi.

Flaccus Cinnę in consulatu collega.

Fimbria.
Brundusium.

Superbus ac crudelis Flaccus.

Fimbria Flacco tractabilior.

Lis inter Fimbriã & questorem oritur.

Termus

Flaccus consul a Fimbria interimitur.

Fimbria seipsum imperatorẽ nuncupat.

Pitane

Res geste a Fimbria.

Ilienses.

sibi assumens duabus cũ legionibus in asiam misit, ut Sylle loco hostis iudicati ipse asiam inuaderet: bellũq; Mithridati inferret. Cum rerũ militariũ admodum inexpertus esset Flaccus: ultro e senatu egressus est uir bellicis artibus insignis cui Fimbria nomen fuit. In Brundusio igitur moram trahentibus plurime naues ui tempestatis absorpte sunt & que prius recessere exercitus alius a Mithridate missus incendit. Superbe igitur ac crudeliter se habente Flacco in supplicijs premijsq; militũ exercitus eum dereliquit: & pars eorum qui in Thessaliam precesserant ad Syllam defecerunt. reliquos autem Fimbria cum Flacco tractabilior & humanior haberetur ne deficerent ab eo continuit. In conductione uero cuiusdam hospitij orta inter ipsum & questorem lite Flaccus nihil iudicans in Fimbrie dignitatem quedam annotauit. Turbatus igitur Fimbria romam redire uelle cõminatus est. Flacco autẽ successorem illi statuente qui hec ipsa inquireret custodiens illum Fimbria in chalcidem adnauigantem, primũ quidem Termũ fascibus priuauit eius loco pretorem constitutum a Flacco cui ut exercitus preturam dederat ita Flaccũ paulo post cum ira redeuntem insecutus est. Flaccus ĩ domũ quandam fugiens nocte superatis mœnibus in chalcidem primũ: inde in Nicomediam fuga abijt: portasq; obserauit. Eum inuadens Fimbria demum in puteo latentem interemit romanorũ consulem belliq; imperatorẽ: cum ipse priuatus duntaxat existeret & ueluti amico indulgeret admonẽti caput abscidit: in mareq; proiecit: reliquũ deinde insepultum abijciens seipsum exercitus imperatorem nuncupauit: & prelia quedam non ignaue cum filio gessit Mithridatis, regem in Pergamũ usq; persecutus & a pergamo in Pitanem aggressus fugientẽ fossa circũclausit quoad rex ĩ Mitylenẽ classe delatus est. Fimbria asiam ingressus omnes qui cappadocũ partes secuti fuerãt supplicio affecit & minus imperio suo obsequentiũ regiones depopulatus est. Iliensibus obsessis ab eo & ad Syllã

confugientibus Sylla ad illū accedere: & hoc tantū Fimbrię dicere suaserat q se Syllę dedissent. Quibus pceptis Fimbria eos ueluti romanorū amicos collaudauit: monuitq; ut se etiā romanorū ciuē existentē intra urbē reciperēt: per ironiā fassus romanos atq; Ilienses inter se cognatione deuinctos esse. Ita urbē ingressus omnes sibi obuios occidit: urbem incendit: illos qui ad Syllā legati ierant uarie cōfecit: nullis preterea sacris pepercit: neq; ijs qui ad Palladis templū cōfugissent: quos cū templo simul igne cōflagrauit. Disiecit & urbis moenia: & sequenti die omnia diligenter collustrans oculis an aliquid ex urbe supesset adhuc inuestigauit. Hęc igit deteriora ijs quę ab Agamemnone olim pertulisset ab cognatis passa Iliensium ciuitas funditus interijt, ut nullū illis domiciliū nullū tēplū ac ne statua quidē esset residua. Palladis quippe sacrariū quod Palladiū uocant & a Ioue missum putāt oraculū tunc illesum inuentū referūt, parietibus supra ipsū delapsis & undiq; operiētibus: nisi Diomedes illud & Vlyxes bello troiano ut aiunt ex urbe sustulerunt. Hęc igit a Fimbria ī Ilienses gesta tertia & cētesima olympiade tūc primū finiente: quod nō nulli arbitrāt post Agamemnonē mille & qnquaginta annis huic urbi accidisse. Mithridates ex quo cladē ad Orchomenū acceptā intellexit animo cōsiderans quantā a principio multitudinē in gręciā misisset: quam ue in pręsenti esset habiturus & in breui interitū omniū sibi affuturū putans ad Archelaū misit ut quoad liceret honestiores belli inducias studeret adipisci. Is ergo cū Sylla in colloquiū delatus hęc inquit. Amicus uobis paternus existens o Sylla Mithridates rex ob aliorū imperatorꝝ auariciam coactus est decertare. ob tuā autē uirtutē finē huic bello cupit īponere: ob quā iusta illi imperaturū te esse nō dubitat. Sylla igit ob nauiū defectū ac pecuniarū inopiā quę nullę mittebant cū nihil residui ex domo euētūrū speraret ab inimicis hostis iudicatus absumptis iam ijs quę in pythia olympia & epidauro fuerant pecunijs ꝑ quibus

Fimbrię crudelitas.

Destructio nouissima Iliensium.

Ilienses romanorū cognati.

Palladium.

Diomedes.

Vlyxes.

Tp̄us eversionis Ilij

Mithridatis consiliū ꝑ inducijs adipiscendis ad Archelaum.

Archelai uerba ad Syllam pro pace.

Sine pecunijs cessat bellum.

Pythia

Olympia

Epidaur

Syllę uerba ad Archelaum.

ęquo iure sacris locis dimidium thebanę regionis attribuerat: Sępenumero hostibus ob dissensionē deficiētibus ab eo exercitū incolumem tutūq; quoad liceret abducere festinās ad inducias cum hostibus accessit hęc inquiens. Licuit o Archelae Mithridati iniuriā passo ob ea quę patiebatᷓ legationem emittere. Sed cū inique agens tam immensas aliorū occuparit regiones: tantam uirorū occiderit multitudinē quę cōmunia & sacra urbium fuere: priuata quoq; interfectorū ad se uendicans eaq; ex causa in proprios amicos ut ipsi sumus infide se exercens plurimos necarit: & tetrarchas quos contubernales habuit nocte una cū mulieribus & liberis a quibus nunq̄ oppugnatus fuerat neci dederit: in nos deniq; naturā magis hostilem & inimicam

Attende calamitatem superiorem.

q̄ necessitatē ullam belli ostenderit/uniuersis malorū calamitatibus italos qui in asia fuere persecutus sit: nec solū uiros sed & mulieres & filios seruosq; quicūq; italici generis censerentᷓ esse tantū italorū cōtraxit odiū: qui nūc nobis paternā simulat amicitiā ut necesse fuerit tot millia ut recordamini e uobis sub me concidere atq; debellari: ꝓpter quę merito nullā ī rebus nostris fiduciā debuit apponere. Tui autē gratia intelligo eundē a romanis ueniā adipisci cupere si tamē re ipsa cupit ignoscere. Sin

Sylla Archelaum seducere cupit.

uero & nūc simulare auet tēpus est tibi Archelae hęc ipsa perscrutari & diligēter animaduertere queadmodū presentia erga te & illū sese habeāt: Scrutari etiā quib⁹ ille amicis & beniuolis utatᷓ/nobis: Eumene & Massinisa. Hęc illi referēte Sylla experimētū obtulit: & ueluti turbatus tradentē sibi inquit imperiū nō proditurū te esse existimo sed cōciliaturū se tibi si ęqua imperaueris. Cum aliquantulū conticuisset Sylla sic effatus est. Si

Conditiones a Sylla requisitę.

exercitū quē habes Archelae nobis integrū tradet Mithridates pretoresq; nostros reddet tū legatos & captiuos: transfugas porro ac mācipia quę a nobis aufugere: & chios ultra hos & quoscunq; in pontū alios misit: custodias e munitionibus omnibus eduxerit ijs exceptis quę ante fœdera ista tenuit: belli preterea impensam eius causa a nobis gesti integre persoluerit: & intra

paterni regni fines se reduxerit speramus romanos nō ulterius in eū moturos arma. Hęc igitˀ Sylla locutus est. Archelaus uero custodias e locis omnibus amouit. Pro cęteris autē ad regē misit. Sylla interim pręmissis uacationem statuens Enetos ac Dardanos & quascunq; macedonię finitimas gentes: quę macedoniam assidue inuaserant depopulatus est: exercituq; in biberna deducto pecunias omni ex parte contrahit. Aduenere interim a Mithridate legati qui hęc dicerent regem uoluntati eius pręterq̄ in restituenda paphlagonia parere uelle cum multo plura a Fimbria si cū eo de pace agere uellet posset cōsequi. Ea oratione perturbatus Sylla & Fimbriā pœnas daturū esse & ipsi ī asia existenti satis patere dixit utrū his pacis conditionibus an bello potius indigeret Mithridates. Quibus dictis ad cypselia per thraces deduxit Lucullo ad Abydū pręmisso. Iam enim ad illū redierat. Qui cū pluries a piratis pene foret interceptus classem quandā ī unū congregans ex cypro: phœnice: rhodo: & pamphylia: & plerunq; hostes insecutus: Mithridatis etiam naues mari aggressus oppugnauerat. Sylla igitur ex cypselijs & Mithridates e pergamo campi cuiusdā in medio cū paucis in colloquiū uenere: exercitibus utraq; ex parte spectantibus. Fuere autē Mithridatis sermones amicitię recordationes ꝓprię & societatis paternę cū romanis & de legatorū missione: ducūq; accusationibus ob insultus in eū nequiter factos cū Ariobarçanē in cappadociā ducentes phrygiam sibi abstulissent: Nicomedē inique in eum agentē punire neglexissent: & hęc inquit pecuniatū causa ab illis facta sunt: quę inuicē a me & ab illis receperunt. Quod quispiā fortasse uestrū o romani nō inhonestū duceret: quibus lucri inest cupiditas. Ingruente igitˀ a ducibus uestris ī primis bello quęcūq; operatus sum necessitate magis fecisse fateor q̄ uoluntate. Hec effatus Mithridates loqui desijt. Sylla deinde sermoni eius responsum in hunc modū prębuit.

Eneti in asia.

Dardani

Mithridatis responsio per legatos.

Cypselia.

Colloquiū inter Syllā & Mithridatem.

Loquitˀ Mithridates.

Syllę responsio ad Mithridatem peracerba.

Ad alia inquit nos aduocas o rex ueluti qui pręposita in primis diligis: neq; dubitas de his q̃ breuissime uerba facere. Ego Ariobarçanem in cappadocia induxi cilicię imperans & hoc romanis statuentibus: & tu nobis paruisti. Necesse igitur fuit responsum nobis reddere non autē admonere nos: neq; iampridem cognitis contraria imponere. Phrygiā tibi Mannius dedit pecunia corruptus: quod cōmune utrisq; delictū fuit: & tu idē confiteris non iuste eam ex huiusmodi ambitu accepisse: uerū Mannius & ĩ alijs quoq; apud nos ob pecuniā gestis repudiatus est: & omnia a senatu dissoluta sunt. Eadē ratiōe & phrygiā impie tibi traditā non tributo obnoxiā esse uoluit sed suis legibus immunē degere. Quibus ex causis nos bellū assumentes minime dignū arbitramur te huic imperare quacunq; ratione eam adeptus sis. Nicomedes quidē te accusat & Alexandrū uulnera corpori eius inferentē a te subornatū esse ait: & Socratē qui christus appellatur tuo auxilio in regnū eius ĩmissum esse. Si tu uicissim ab illis uexabaris romā legatos mittere oportuit & responsiones operiri. At si celerius Nicomedi irascebaris quonā pacto Ariobarçanem nihil in te molientē regno eijciens necessitatē pręsentibus romanis indidisti ut eum restituerent? & inductū prohibens hoc bellū intulisti? Sed cū agnosceres ac spe cōplectereris tum demū uniuersi orbis imperiū tibi adesse cū romanos superasses occasiōes huic libidini tuę addidisti. Cuius rei argumētū in promptu est/ ꝙ thraces & scythas & sauromatas cum nondum cuiq̃ infertes bellum in societatē pellexisti: ad finitimos quoq; reges miseris: naues porro fabricatus sis gubernatores & remiges in unū congregans. Maxime autē tēpus insidias tuas arguit/ ꝙ cum italiam a nobis discidentē percepisti occupationes nostras iam inde obseruās Ariobarçani statim & Nicomedi galathisq; ac paphlagonibꝰ insurrexisti. Aggressus es & asiam ad nos pertinentem. Quę omnia cum adeptus fuisses qualia operatus es uel in ciuitates quibus seruos liberos esse

Mannius.

Nicomedes.

Socrates christus.

Attende.

uoluisti: uel obnoxios ęre alieno liberasti: uel in gręcos quorũ unica occasione mille & sexcentos interemisti: aut in galatharũ tetrarchas quos contubernales habens occidisti: aut in italos: quorum genus unica die cum infantibus & matribus diuerso mortis genere occidisti submersistiq; nõ ad templa confugientibus cohercens impuras manus. ob quę quantã in te crudelitatem quantã ue impietatẽ: odijq; magnitudinẽ in nos contraxeris quis non nouit? Ad hoc pecunias omnes tibi uendicans in europam magnis exercitibus transmisisti: nobis prohibentibus ne quis asię rex in europam penetraret. Classe deinde delatus macedoniam nobis parentem inuasisti: grecis quoq; libertatem ademisti: quorũ omniũ non prius te cœpit pœnitere: aut Archelaum pro his supplicem ad nos misisti q̃ macedoniã tibi abstulimus: grẹciam a uiolentia tua uendicauimus centum & sexaginta millibus ex tuis exercitibus nostrorum manu cęsis, impedimentis & apparatibus tibi ademptis. Itaq; maxime te miror nunc iusta a nobis postulare ex ijs quę p Archelaum exigis nisi me longe existentem metuis: prope accedentẽ ad sumẽdas pœnas credis accedere eorũ causa pro quibus nunc tempus perijt supplicandi te nobiscũ depugnante: nobis uero fortissime tibi resistentibus & ĩ finẽ usq; pugnaturis. Hęc Sylla cũ ira referente mente collapsus Mithridates uereri amplius cœpit: & conditiones ab Archelao oblatas ultro subijt: naues & alia omnia sibi tradidit. Inde in pontum & intra paterni regni limites sese retulit. Et hic primũ inter Mithridatem & romanos gestũ finem tandem suscepit bellum. Sylla deinde a Fimbria per duo stadia procul absens exercitum sibi dari deposcebat: cui pręter leges imperaret. At ille cauillo usus nec ipsum e lege dicebat imperare. Sylla fossam illi circũfodiente: multis pręterea nec occulte fugientibus ab eo reliquos Fimbria in concilium aduocans ut in obsequio persisterent orabat. Respondentibus illis

Rememorat Sylla Mithridati gesta p eum impie: crudeliterq;.

Hũis [illegible] a Sylla & Mitridate

Finis primi belli inter Mithridatem & romanos.

Deinceps quid.

Nonius.

Athenion.
Drepanitę in sicilia.

Rutilius.

Mors Fimbrię.

Cinna. Marius.

neutiq; cũ ciuibus pugnare uelle dilacerata ueste ad pedes cuiusq; supplex se proiecit: cum & illud quoq; auerteret milites; ac dietim ex suis ad Syllam se transferrent pretorũ tabernacula cœpit circumire: & ex ijs quosdã pecunia corrũpens ĩ conciliũ uocauit: ac se denuo sacramento iussit obligare. Acclamantibus Enetis necesse esse unũquenq; nomine ad iurandũ conuocari: Ille quidẽ per preconẽ sibi maxime obnoxios acciri imperat: & in primis Noniũ in omnibus sibi participẽ uocat. Detractante eo iusiurandũ / ensem exerens mortem illi cõminatus est donec acclamãtibus cunctis pauefactus ab incepto destitit. Seruũ deinde pecunijs ac spe libertatis adhortatus transfugam ad Syllã misit ut illum interficeret. Sed is Syllę proximus cum ex metu suspitionem indidisset cõprehensus machinati facinoris prodidit indiciũ. Ea ex causa Syllę exercitus ira concitus Fimbrię uallũ magna indignatione circũdedit. Calumniantes quoq; eũ milites Athenionẽ inclamare occipiũt. Fuerat autẽ Athenion qui alias drepanitis deficientibus in Sicilia exiguę cuiusdam partis regẽ sese effecerat. Fimbria igit͛ desperatis omnibus ad aggerem profectus Syllam in colloquiũ uocare cœpit. Ille Rutilium ꝑ se misit: quę res ingenti Fimbriã mœrore potissimũ affecit cum se cõgressu etiã ab hostibus concedi solito ueluti indignũ arceri cognouisset. Rogante deinde eo ut sibi ignosceret͛ si quid nouissime peccasset / Rutilius Syllam usq; ad mare eum tutum ꝑmissurũ ire pollicitus est / si ex asia: cuius Sylla procõsul esset uelit enauigare. Ille uero aliud facilius iter se habiturũ dicens in pergamũ redijt: & ad Esculapij templũ profectus ensem sibi intulit. Cum uulnus minus alte impressum esset iussit seruum qui una aderat afferre manus. Ita ille dominũ in primis deinde seipsum gladio confecit. In hunc modũ igit͛ Fimbria cessit e uita: cum multa in asia contra Mithridatem bellũ gerens nequiter egisset. Sylla libertis ut eum sepelirent facile concessit: seq; haud Cinnã & Mariũ imitari uelle dixit: qui cũ rome multoꝝ

necis causa extitissent defunctorum cadauera pariter inhumata iacere neglexissent. Post hęc Fimbrię exercitũ ad se uenientẽ ꝑhumane suscepit: cęterisq; copijs eius adiungens Curioni imperat ut Nicomedem & Ariobarçanẽ ĩ cappadociã deduceret. Senatui autẽ de omnibus perscripsit haud quaq̃ illi succensens ꝙ hostis esset iudicatus. Asię deinde rebus cõstitutis / ilienses: chios: lycios: rhodios & magnesios: ac quosdã alios q auxilia sibi attulissent: uel ꝓpter prõptitudinẽ incõmodis affecti essent: ob quę liberos esse uoluit ĩ populi romani amicorum numero perscripsit. Ad residua uero omnia misit exercitũ: & seruos a Mithridate libertati traditos statĩ ꝑ pręconẽ ad dominos iussit reuerti. Multis ex ijs recusantibus & ciuitatibus nõ nullis deficientibus ab eo ingens multitudo eoꝝ qui libertatẽ uendicauerant ac seruorũ uarijs occasionib⁹ interfecta est. mœnia multaꝝ urbiũ euersa: & pleraq; asię in seruitutẽ redacta sunt. Qui cappadocum partibus adhęserant & pleręq; ciuitates supplicio affectę: & in primis ephesij ꝙ turpi adulatione romanorũ insignia aboleuissent. Nam cũ ꝑ pręconẽ mandatũ esset omnibus ut ad pręstitutã diem ad Syllam accederent in ephesum & ipsi una adessent in hunc modũ eos affatus dicitur. Nos quippe cũ exercitu in asiam. q̃ primum uenimus Antiocho syriorum rege bello uobis insurgẽte expellentes deinde ipsum: & Halym fluuium: taurumq; montem terminos regni sui statuentes nõ uos tamen detinuimus ex illo in ditionem nostram iure deditos sed uestris legibus uiuere concessimus nisi si quos Eumeni & rhodijs qui nobiscum bellum gesserant non tributo obnoxios sed ad mandata paratos esse diximus. Cuius rei argumentũ est ꝙ lycios non nulla de rhodijs conquestos ab illis soluimus. Nos igitur erga uos tales fuimus. Vos autẽ Attalo philopatro ex testamento nobis regnũ relinquente ob Aristonichũ contra nos ꝑ quattuor depugnastis annos quoad Aristonichus captus est: & plurimi e uobis necessitate ac timore se nobis dedidere.

Post mortem Fimbrię quid.

Curio.

Ephesij.

Sylle oratio.

Attalus philopator romanos relinquit heredes

Aristonichus.

His peractis per quattuor & uiginti annos cum ad summū diuitiarum ac priuatę substātię publicęq; peruenissetis pacis ocio ac deliciarum iniurias nobis denuo intulistis: & occupationes nostras in italia obseruantes partim Mithridatē induxistis partim cum eo accedente iecistis fœdera: & quod omnium teterrimum est cum eodem die una italos omnes cū filijs matribusq; neci tradere conuenistis: nec ad templa confugientibus ob deos uestros pepercistis quorum causa Mithridatem non nulla pœna affecimus infidum erga nos & nece ac rapinis replentem omnia. Terrarū quoq; diuisiones solutionesq; debitorum perquirentem & in non nullis seruorū liberationes machinantem ac tyrannides: latrocinia preterea plurima per terras agitantem ac maria ut subinde nobis inferret bellum & pares nostris haberet duces. Dedere tamē pleriq; pœnas ex his qui hęc inchoauerant: Sed & uobis cōmunes esse oportet qui similia edidistis & operibus uestris condigna pendere. Sed ne romani occisiones impias: aut onera inconsulta aut seruorū insurrectiones aut alia quęcunq; barbarica ī animo habuisse dicantur: grecoq; nomini: ac generi pariter indulgeant & glorię uicissim asię: & ijs qui romano afficiūt nomini benignitatis gratia tributa duntaxat annorum quinq; in presenti uos afferre iubeo & impensam belli idem perculi residua ad institutum exequentur meū. Diuidam enim hęc singulis iuxta urbes & spacium tributis statuam. Instituta autē non seruantibus ut hostibus indicam bellum. Hęc & huiusmodi elocutus Sylla mulctam legatis diuidit: eosq; pro pecunijs subito emittit. Vrbes igitur egestate & fenorum magnitudine oppressę quędam theatra creditoribus: non nullę gymnasia aut mœnia portusue aut quid aliud publicum non sine instantiū militū contumelia exponere sunt coactę. Pecunię igitur in hunc modū Syllę afferebantur: & finem tandē malorū suscepit asia. Enauigauit tamē ipsam & multorū

Extrema necessitas asię.

latrocinia exercitibus magis q̃ latronum conuenticulis similia. Mithridate in primis eam detinente intra mare coniecta cũ nõ multo eam tenuisset penitus eiecit. Cum ob id plurimum lucri assequeretur: nec in nauigãtes solũ sed portubus: regionibus: ciuitatibus aperte inferretur bellum Samos: Claçomenę & Samothracia omnis pręsente Sylla in captiuitatẽ datę. Samothracum fana mille talentorum ornamentis expoliata ut quidã putant. Veꝝ siue delinquentiũ pœnas ĩ aliud tempus differre cuperet siue romã seditionẽ inferre properaret ĩ gręciam primũ & ex ea in italiam cum maiore exercitus sui parte nauigauit. Et hęc quidem circa Syllam ciuilibus in bellis a nobis perscripta sunt. Sumpsit deinde initiũ secundũ romanorũ cum Mithridate ab hac causa bellum. Murena cum duabus legionibus a Sylla relictus ut reliqua asię cõponeret / quędã belli pręludia ueluti ioco ageret ob triũphi desideriũ agitabat. Mithridates ea tempestate in pontũ classe delatus cũ colchis & bosphoranis ab eo deficientibus depugnabat: ex quibus colchi filiũ eius Mithridatem in regem sibi dari deposcebãt: quo sumpto statim paruerunt. Suspitione igitur inter regem & filium hac decausa oborta q̃si regnũ affectaret eum reuocans cathenis iniecit aureis: nec multo post neci tradidit: cum in plurimis tamẽ quę in asia contra Fimbriam gesta erant non inutilem esset expertus. Deinde ĩ bosphoranos classem pręparauit: ingentẽq; instruxit exercitũ ita ut apparatus magnitudo famã subito excitaret quasi nõ in bosphoranos: sed in romanos potius prępararet arma. nõ enĩ Ariobarçani cappadociam omnẽ restituerat: sed aliquas adhuc detinebat partes. Archelaum quippe suspectũ habebat ꝙ multa in gręcia pręterq̃ opus esset in constituendis cum Sylla inducijs illi concessisset. Quibus perceptis Archelaus timore concitus ad Murenam confugerat: & illũ in regẽ irritans ut eidem inferret bellũ persuaserat. Murena igit̃ exercitũ per cappadociam deducens ad Cumas ꝑuenit maximã in Mithridatis

Samos / Claçomenę / Samothracia — In captiuitatę datę a Sylla

Bellum secundũ cum Mithridate.
Murena.

Nota originẽ belli.
Cathenę aureę.
Mithridates filium interficit.

Attende.

Cumarũ urbs maxima.

regno urbē: quę sacrariū quoddā dei opulentissimū habebat: ibi ꝙ nō nullos Mithridatis occidit equites: & legatis eiusdem sibi fœdera ostendentibus respōdit se fœdera nequaq̄ intueri. non enim a Sylla ea esse perscripta: ueꝝ opere quę dicta fuerāt affirmantē recessisse. Hęc fatus Murena subito regionē īuasit: neq; pecunijs sacris abstinēs ī cappadociā ad hiberna se cōtulit.

Mithridates ad senatū & ad Syllam mittit.

Mithridates his auditis ad senatum & ad Syllam misit ea quę a Murena gerebāt accusans. Sed ille ultra Halym trāsgressus fluuiū ingentē admodū nec transitu ꝑfacilē cū maximis tūc inundaret imbribus ad quatercentas Mithridatis uillas depopulatus est rege nullo in loco sibi occurrente: sed legatos duntaxat uenturos expectante. Prędam itaq; ingentē nactus in phrygiam: & galatiam reuersus est. Eo in loco Calidius a Mithridate missus ob querelam nullū a roma detulit decretū. Solū inter audientes medius rettulit: Senatū iussisse ut regi parceretur inducias cum eo habenti. Quibus dictis cum rege solus loqui uisus est. His ex causis Murena nihil soliti omittēs impetus tum uel maxime regionē inuasit Mithridatis. Ipse a romanis iam aperte se oppugnari cernens Gordium ad Cumas deducere imperat: ac statim Gordius currus q̄plurimos & impedimentorū uehicula ac priuatos homines militaresq; secum arripit. Cui Murena in medio fluuiū assumēs ex aduerso castra ponit. pugnā tamē eoꝝ neuter attigit quoad Mithridates amplioribꝰ cū copijs accessit: & statim circa fluuiū atrox pręliū exorit͛: in quo ui prouectus Mithridates fluuiū exuperat: cū alias Murena potentior longe esset. Ille ad tumulū munitissimū euadens insurgēte in eū rege magna copiarū parte amissa ꝑ montana nulla semita ī phrygiā aufugit. Cū difficulter iter ageret uictoria ex itinere ipso parta est: multosq; ī Mithridatem incitans amisit. Rex igit͛ Murenę ꝓsidia quę in cappadocia fuerāt uniuersa ꝑcurrēs opidis eiecit. Inde more patrio Ioui militari ī sublimi mōtis uertice sacra

Halys fluuius ingens.

Calidius legatus.

Attende suspitionē.

Exercitus a Mithridate ī Murenā deducit͛

Gordius.

Murena.

Atrox pręliū exoritur.

Vincitur Murena.

Iouis militaris

fecit ingentem quandam lignorum componens ſtruem . Sic
enim ſacra inſtituunt. Primi quidem reges ligna inferũt & al-
terã in circo breuiorem conſtruentes pyram lac deſuper ac mel
perſpargunt: oleũ pręterea ac uinũ & omnes odorũ ſpecies in-
fundũt: In plano uero triticũ & pulpamentũ in prandiũ aſtan-
tibus pręparãt queadmodũ in Perſargades ſacrificij cauſa mos
eſt perſarũ regibus: deinde pyre ignẽ inferũt. Hęc uero ob ma-
gnitudinẽ ampliſſimas emittens flãmas ꝑ mille ſtadia a longe
nauigantibus perſpicua eſt: nec per multos dies (ut aiunt) ęſtu-
ante aere appropinquare illi licet. Sic ille ſacrificiũ patrio mo-
re peregerat. Sylla cũ indignũ arbitraret Mithridatẽ fœdere ro
mano populo cõiunctũ debellari / Aulum Gabiniũ emittit: qui
Murenę ſuaderet uere inter eos cõſtitiſſe ne Mithridati infer-
retur bellum: Ariobarçanẽ ac Mithridatem una cõciliaret. Mi-
thridates in hoc congreſſu filiũ quadriennẽ ſponſorẽ exhibens
Ariobarçani & huiuſmodi occaſione nactus ut eam quã habe-
bat cappadocię retineret partẽ & alia ulterius. Epulũ cũctis ex-
hibuit. Aurũ pręterea calicibus & ferculis apponens ĩ ſalibus:
& cantibus cęteriſq; (ut illi mos fuit) liberalitate uſus eſt: quo-
rum nihil attigit Gabinius. Hic igitur ſecundum Mithridati
cũ romanis bellum tertio maxime inſequente finem cepit: &
ocio uacans Mithridates boſphorũ redegit ĩ poteſtatẽ. Regem
autem ipſis unũ ex filijs Macharem nomine pręfecit. Deinde
cũ in acheos qui ſupra colchos ſunt bellum intuliſſet. uidentur
quippe ex ijs eſſe qui a troia poſtliminium perfugere: duabus
exercitus ſui partibus bello: frigore: inſidijſq; amiſſis domum
redijt: & romam qui hęc compoſita annunciarent emittit. Mi-
ſit & Ariobarçanes: incertum an ſponte nõ tamen ut moleſte
ferens ꝙ cappadociam non recepiſſet ſed qui magnam illius
partem Mithridatem ſibi eripere quereretur. Mithridates igi-
tur iubente Sylla ut cappadociam dimitteret ultro paruit: alte-
ram uero legationẽ romam deſtinat quę fœdera conſcriberet.
Veꝝ defuncto iam Sylla cum nemo aſſenſum illi pręſtitiſſet:

Attende ſacrificium a Mithridate.

Perſargades.

Sylla indignum ratus Mithridatẽ fœdere po. ro. cõiunctũ debellari. A. Gabiniũ ad Murenã mittit.

Nouum genus epuli.

Finis ſecundi belli cũ Mithridate.

Machares Mithridatis filius boſphoranis rex pręficitur.

Poſtliminium.

Deceſſit Sylla.

Tigranes.
Attende ſophiſma.

ſed ueluti in uacatione rerum omniũ ad cõmunia intenderent Mithridates ad Tigranẽ generũ miſit ut cappadociã quaſi a ſe/ipſo inuaderet: quod ſophiſma haud quaq̃ romanos latuit. Ar/menius uero cappadocię retia innectens ad tercẽta millia homi/num hinc inde educta in armenia conglutinauit: & cũ alijs cer/to in loco iuſſit habitare. Ipſe in primis diademate armenię aſ/ſumpto Tigranocertã a ſeipſo nominauit: quę Tigranis ciuitas dici poteſt. Et hęc quidẽ in aſia agitabant̃.

Tigranocerta urbs.
Sertorius.

Sertorius uero in hi/beria deducto exercitu hiberiã & quęcunq; finitima loca in ro/manos excitauit: & conſiliũ ex ijs qui una aduenerãt ad imita/tionẽ romani cõſtituit ſenatus: ex quibus duo prę ceteris ſedi/tioſiores Lucius ſcilicet Manius: & Lucius Fanius Mithridati ſuaſere ut cũ Sertorio una depugnaret ſpem illi afferẽtes/ mul/ta ex aſia finitimorũq; populorũ ĩ ditionẽ ſuã uentura.

L. Manius & L. Fani/us ſeditioſi.

Quibus perſuaſus rex ad Sertoriũ miſit. Ille legatis in ſenatũ introdu/ctis multa & magnifica elocutus ꝙ gloriã eius in pontũ conſti/tueret: romanoſq; ab oriente ad occidentẽ uſq; obſideret cũ re/ge fœdus inijt: aſiam ac bithyniã nec nõ paphlagoniã: cappa/dociã: galatiã ſibi tradere. Ducem porro Marciũ Varũ & con/ſilij participes. L. Maniũ & L. Faniũ cũ eo deſtinat: cũ quibus Mithridates una cõtulit tertiũ ac ultimũ quod cũ romanis geſ/ſit exorſus bellũ: in quo uniuerſum poſtremo amiſit principa/tum.

Marcius Varus.

Sertorio in hiberia occiſo romanis imperatores in eũ mit/tẽtibus ex urbe primũ. L. lucullũ qui cũ Sylla claſſem rexerat: deinde Pompeiũ ſub quo quęcunq; Mithridatis fuere: illiq; fi/nitima uſq; ad Euphratem fluuium occaſione & impetu eius belli in eorum ceſſere poteſtatem.

L. Lucullus.
Pompeius.
Principiũ belli tertij mithridatici.

Mithridates igitur cum ro/manorum uires ſępenumero eſſet expertus & hoc potiſſimum bellum nulla occaſione ſubito inceptum inſperatũ fore credi/diſſet uniuerſum excogitauit apparatũ quaſi de omnibus tum primũ belli iudicium eſſet ſubiturus. Ita ęſtatis reſiduũ & hye/mem integrã ĩ cędendis ſiluis fabricãdiſq; nauibus abſumpſit.

Mithridatis appara/tus.

Calibes
Armenij
Scythae
Taurj
Achei
Enyochi
Leucosyri

mitridates complices

Arma preterea & tritici ducenta millia modiũ supra mare imposuit. belli complices ultra priora subsidia illi accessere chalybes: armenij: scythe: tauri: achei: enyochi: leucosyri & quicunq; circa Thermodoontem fluuiũ terram incolunt: que Amaçonũ appellatur. Tam ingentes ultra primas copie ex asia aduenerãt. Transeuntẽ deinde in europam Sauromatũ reges & Iaçyges & coralli: thracumq; gens omnis que ultra histrũ aut rhodopem aut hemum sedes habet: & ultra hos bastarne ferocissima eorũ natio secuta est. Hac potentia in europam progressus ex omnibus bellicosissimis peditũ centũ quadraginta millia: equitũ sex & decẽ millia secum duxit. Ad hec multitudo ingens uias sternentiũ: & uasa deferentiũ mercatorũ quoq; sequebatur. Incipiẽte uere nauticos expertus apparatus Ioui militari more patrio sacra fecit. Neptuno uero equũ albũ currumq; simul mari consecrans ĩ paphlagoniã deduxit Taxillo & Eumocrate ducibus illi adstantibus. Eo loci cũ applicuisset orationẽ de progenitoribus suis superbã admodũ: nec minus de se diffusã ac prolixã habuit/ quod principatũ ex minimo ad summũ peruexisset: nec a romanis quidẽ presens uinci potuisset. In eorum deinde auariciã & insolentiam inuectus quarum causa ut aiebat nõ italiã modo: sed patriam ĩ seruitutẽ redegissent. nouissima cum ipsis foedera recensuit: que scribere recusassent: tẽpus duntaxat expectantes ut illi insurgerẽt quã uel precipuã huius belli causam asserebat. Omnẽ deinde exercitũ & apparatũ palã retulit: romanorum porro occupationes qui cũ Sertorio in hiberia eo tempore bellũ gererent cũ in italia seditionibus agitarent intestinis hac ex causa inquit maria contemnunt multis iam pridẽ agitata latrocinijs: quibus nullus belli socius aut amicus adest: aut qui illis sponte se subijciat. Num optimos eorũ inquit cernitis: Varum ostendens & utrosq; Lucios patrie sue hostes nobiscũ depugnantes? His dictis copias omnes simul mouens in bithyniam peruenit Nicomede iam uita functo sine filijs & regno romanis derelicto.

Mithridatis cõplices.

Thermodoon fluuius.

Amaçonũ terra.

Iazigres
Coralli

Transitus Mithridatis in europam.

Numerus copiarum Mithridatis.

Attende sacra ab Mithridate.

Sacra neptunj

Taxillus & Eumocrates Mithridatis duces.

Mithridatis oratio.

Sertorius.

Varus.

Mithridates copias in bithyniam mouet.

Cotte bithynie pretoris fuga.

Nudus.

Romanorũ trepidatio

Romanorũ cedes.

Captiuitas nauium romanorum.

L. Malius.

Historia. L. Luculli.

Cyçicum urbs.

Quantũ confert locus ad uictoriam.

Cotta igitur bithynie pretor cum ad bellum esset impotens in chalcidẽ cũ omni presidio aufugit: qua ex causa bithynia ĩ Mithridatis statim peruenit potestatẽ: romanis omni ex parte in chalcidem ad Cottam confluentibus. Insurgente deinde ĩ chalcidem rege Cotta ob impotentiã nequaq̃ prodijt. Nudus autẽ classis prefectus cum parte copiarũ que munitiora camporum fuerant inuasit. Ceterũ inde expulsus per superiora queq; summa difficultate ad portas perfugit urbis. Erat autẽ circa tumultus ingens omnibus pariter ad eas cõcurrentibus. ob id nullum insequentiũ frustra emittebat telũ. Sed cũ ueriti portarũ custodes claustra e machinis demisissent Nudũ ac non nullos e ducibus intra funes receperũt. Reliqui ad socios manus porrigentes inter amicos pariter & hostes trucidantur. Mithridates aspirantis fortune usus impetu eadem die classem in portũ detulit: & claustra que cathenis ereis firmata erant subito infringens quattuor hostiles combussit naues: reliquas numero sexaginta in uincula coniecit nihil ulterius Nudo aut Cotta ꝓhibentibus: sed intra urbis mœnia cõclusis. Periere ex romanis ad tria millia: inter quos &. L. Malius uir senatorius fuit. ex Mithridatis partibus uiginti duntaxat ex bastarnis qui primi portum ingressi fuerãt interierũt. Lucius lucullus ad consulatũ pariter ac bellũ elect⁹ imperator legione militũ e roma habita: duas fimbrie & ultra has totidem in unũ congregans usq; ad numerum peditũ triginta milliũ: equitũ mille & sexcentũ ad Cyçicũ cõtra Mithridatẽ castra ponit. Qui cũ a transfugis quibusdam intelligeret Mithridati usq; ad tercenta uirorũ millia in exercitu adesse cõmeatũ partim a frumẽtarijs partim a mari subuectari ad astantes dixisse fertur, statĩ sine pugna hostes debellari posse: & ut huius orationis reminiscerẽt admonuit. Montẽ deinde paccõmodũ ad metenda castra cõtemplatus ob quẽ & facilitas cõmeatus sibi adesset: hostib⁹ autẽ intercludere liceret. eum prius statuit inuadere cũ ex ipso uictoriã sine periculo speraret

adipisci. Vna igitᷣ duntaxat & ea quidē angusta semita ad eum deducēte a Mithridate summa cura obseruabatᷣ. Cum Taxillus ac pleriq; ducum cū Lucullo forte adessent. L. Manius qui ser- torianę cōspirationis cū Mithridate causa fuerat defuncto iam Sertorio clam ad Lucullum misit: a quo fide percepta Mithri- dati psuadet/ ut romanos quocū q; prodeuntes & castra ubilibet metantes haud multifaceret: quę enī Sertorij sub fimbria fuis- sent copię uix duas ęquare legiones: cōsulere ut se transfugam emittat: statim enim ad ipsum esse redituru. Quid enī bello & cędibus opus est inquit si hostes sine prelio & discrimine licet superare? Quibus cum fidem inconsulte ac nulla suspitione adhiberet Mithridates/ romanos p angustias sine metu trans- euntes & montem excelsum muro munientes facile despexit: quo adempto ipsi a tergo impauidi cōmeatū deferre poterant: Mithridatem uero paludibus fluminibus & montibus ab om- ni tellure excluserant ut nisi per exilem aliquando nancisceretᷣ cōmeatum cū exitus amplos non ulterius haberet: neq; Lucul- lum ab itinerum difficultatibus quę ab eo occupari neglexerat ui propellere ulterius posset. Et iam hyems instabat: cuius cau- sa si quid a mari deferretur cōmeatus breui tamē uidebatur de- futurū. Quę omnia animaduertens Lucullus iterum amicos ut pollicitationis suę reminisceretᷣ & quę pręsentibus olim annū- ciasset admonuit. Mithridates cū adhuc potens esset ob multi- tudinē per medios penetrare hostes & uiam ferro sibi facere id utiq; neglexit. Ad Cyçicū uero quę ad obsidionē pręparauerat exponit sperās ī hoc itinerū difficultatē simul & cōmeatus eui- tare inopiam utpote qui copiaꝝ multitudine abundans omnia perfacile expugnare posse crederet. Castra autē duplici muro uallauit: residua urbis fossa circūdedit: aggeres pretęrea & ma- chinas plures erexit. turres ultra hęc & testudines arietes defe- rentes intulit: & machinam ad urbis instar centū cubitorū: in qua turris alia eminebat: & ab ea catapultas: lapides: sagittas

Proditio Manij.

Mithridatis error.

*Machina ad urbis instar*

Pisistratus.

Oppugnatio Cyçici.

Attende.
Fortis oppugnatio.

Attende dearũ dotes.

palladis

Sacrũ palladis

Mirũ de boue nigra.

multiformes emittebat. Ad portum porro quinqueremes duas connexuit turrem aliam insuper statuens: ex qua pontes cum machinas mœnibus appelleret ĩmitteret. Omnibus ĩ hũc modum prẹparatis primũ quidẽ ad tria captiuorũ millia ex Cyçicenis nauibus urbi propius adducit qui ciuibus manus ad mœnia erigentes ut ĩ extremo periculo cõstitutis subuenirent precabantur quoad Pisistratus Cyçicenorũ dux e muro ꝑ prẹconẽ illis annunciari iussit captiuitatẽ patienter ferrent. Mithridates hac spe deiectus machinã cũ nauibus intulit: põtesq; ad muros propere ĩmittit: e quib⁹ quattuor ĩ primis uiri muro insiliunt. Ea ex re ueluti noua pauefacti Ciçicini aliquantũ retrocessere. nõ accurrentibus demũ cum impetu reliquis reassumptis animis quattuor illos ab extra detrudunt. Nauibus deinde ignẽ ac picem infundentes ex necessitate cõfractis puppibus naues cũ machina retrocedere cõpellunt. Quibus e portu excussis Cyçicini eo prẹlio superiores euaserunt. Tertio illos eadẽ aggressus die omnes simul machinas exeruit. Laborãtibus illis ac discurrentibus ad quod cõtinue insititerãt primũ quidẽ arietes petris repulerũt aut laqueis fregerũt aut obiectu lanẹ eorũ sustulere uiolentiã. Sagittis uero ignẽ deferẽtibus aqua & aceto occurrẽtes missiliũ reliquoꝝ impetũ uestib⁹ & lintheis obiectis obtundebant. Cũ nihil promptitudinis quoad homini potis est omisissent: Illi autẽ difficillima queq; perferentes repugnarẽt uno impetu murus igne accensus circa uesperã ad imũ corruit. nec tamen quispiã ꝑ eũ insilire ausus uapore ignis adhuc estuante. Cẹterũ nocte alium erexere denuo Cyçicini. Isdem diebus cũ uentus uehementior increbuisset residua machinarũ contriuit regis. Dicitur quippe ea urbs dotalis esse & a Ioue palladi attributa filię: quam Cyçicini summo honore prẹ cẹteris uenerantẽ dijs. Solennijs itaq; instantibus in quibus bouem nigram sacrificare mos fuit cũ ea carerent ex frumẽto finxere sacra. Interim bos nigra e pelago ad eos accurrit: quẹ claustra aditus ingressa

& in urbē delata ultro ī templū uenit: ibiq; ad altare constitit: quā Cyçicini summa spe deę īmolarūt. Amici itaq; Mithridatis ut ab urbis oppugnatione desisteret ueluti deę sacrę cōsulebant. Quibus haud annuens ille supra montē Dindymū urbi adiacentē castra ponit: & aggerem ab eo ī urbem nactus turres instituit: cuniculis etiā suffossa moenia suspendit. Equos pręterea quos ob pabuli inopiā minus utiles & diutina ex mora infirmos habuit in bithyniā misit. Quibus Rhindacū transeuntibus inuectus Lucullus multos interfecit: captiuorū ad quindecim millia: equorū sex millia uasaq; plurima adeptus est. Hęc igitur ad Cyçicū gerebant̄. Eadem tempestate Eumachus Mithridatis dux phrygiam ingressus ingentē romanorū numerū cum uxoribus simul & filijs occidit. In pisidas deinde & isaurios ac ciliciam & usq; ad tetrarchas galatharū insurgentē persecutus Deiotarus multa cęde contriuit. Et hęc circa phrygiā gesta. Appropinquante interea hyeme quicquid commeatus ex mari conuectari poterat Mithridati sublatū est: ita ut exercitus fame premeret̄: multiq; ex inedia perirent. Fuere qui intestinis barbaroꝝ more uescerent̄: alij qui pabulū ederent: qua ex causa peste dietim carpebātur: & cadaueribus in propinquo abiectis & inhumatis morbus ex morbo pullulabat. Substitit tamē Mithridates sperās ex turribus dindymo impositis urbem obtinere. Sed cū ad illas occurrentes Cyçicini machinis ignem iniecissent hostiū quippe fame cognita tanq̄ debilioribꝰ sępenumero insurgebant abire meditatus per noctē fuga se pręripuit: & ī parium classe deuectus exercitū terrestri itinere in lapsacū pręmisit. Transeuntibus ipsis Esepum fluuiū: qui tū uel maxime aquis inundabat Lucullus accurrēs magnā eorū concidit partem. Hoc in loco Cyçicini ꝑmaximū regis apparatū subtraxere cū & ipsi strenue pugnassent: Ibidemq; fame domiti sub Lucullo regis monumentū statuentes solennia edidere pręludia: quę ī pręsentē usq; diē peragentes luculleia solēt uocitare. Mithridates ijs qui in lapsacū ꝓfugerāt Lucullo illis insurgēte

Sacrificia.

Dindymus mons.

Rhindacus fluuius.

Eumachus.

Ingens romanorum cędes.

Deiotarus.

Mithridatis fuga.

Esepus fl.

Luculli solennia. Luculleia dicta

naues pr̨emittēs cū lapsacenis una sustulit & ex electioribus ad decē millia quinquaginta nauibus imposuit: quos Varo quem Sertorius ad bellū miserat: & Alexandro paphlagoni: Dionysioq; eunucho dereliquit. Ipse cū pluribus in Nicomediā enauigauit. ue℞ instante hyeme magnū utrorūq; amisit numerū. Lucullus quippe e terra eos fame perurgebat & naues ex asia educens pr̨efectis qui sub eo fuerāt distribuit. Triarius in apamiam classe delatus urbē cepit. Multis uero apamiorū ad delubra cōfugiētibus nefanda cędes insecuta est. Barbas prusiadem quę ad montes uergit & Niceam cepit urbes Mithridatis presidijs ab utraq; fugientibus. Lucullus circa acheorū portus tres & decem hostiles intercepit naues. Varū deinde & Alexandrū ac Dionysiū circa Lemnū in destituta nactus insula obsedit. Hoc in loco Philoctetis ara ostendit̃ & anguis ęreus: arcus pr̨eterea ac thorax: uitis circumamicta in passionis monimētū. Direxit autē ī eos classem magno impetu Lucullus ueluti cōtemnens. Sed illis constanter operiētibus perstrictis remis duas incendit naues & ad congrediendū impulit. Nō mouentibus se illis & a terra duntaxat suis opem afferētibus insulā alijs circūuectus est nauibus: & pedites ī eam īmittens hostes naues ingredi coegit. At illi Luculli exercitū uerētes nec ad pelagi interiora ꝓgressi sunt: sed circa littus enauigātes inter terrā aquamq; dubij telis undiq; petebant̃. Multis igit̃ ex ijs intereūtibus & subinde alijs ad naues fugiētibus Varus Alexander ac Dionysius eunuchus ī spelunca latitātes deprehēdunt̃: ex quibus Dionysius uenenū quod una attulerat exhauriēs extinctus est. Varū interfici iussit Lucullus. nō enī ęquū censuit romanū hominē senatoriūq; in triumphū duci. Alexander ad pompā reseruatus est. Quib9 ex reb9 Lucullus nauē lauro ornatā ut ī uictoria mos est cū litteris romā misit. ipse in bithyniā descēdit. Mithridati in pontū nauiganti tēpestas insurgens horrida sexaginta cōfractis nauibus ad decē uirorū millia mari obruit. reliquas casus hinc inde dispulit. Rex periclitanti naui ī qua uehebat̃ q̄q̄ dissuadētibus amicis

Triarius.
Cędes. *Prusiadem*
Barbas. *Niceam.*
Ara Philoctetis.
Mithridatis duces capiuntur.
*Mos Victorijs naualib9*
Horribile naufragiū.

in piraticā desiluit scapham: cum qua in Sinopem a piratis saluatus est. Eo ex loco ad Amisum enauigans ad Tigranē socerū ac inde ad Macharem filiū bosphororū regem misit auxiliū ab utroq; expetēs. Ad scythas uero Dioclem obsides: aurūq; iussit afferre. uerū ille ad Lucullū cū auro donisq; ꝓfugit. Lucullus strenue uictoria usus quęcunq; propiora aderāt ferro sibi uēdicauit. Milites bello defatigatos ī regionē uberē felicēq; deducens alacriores ad cętera peragenda reddidit. Mancipiū nempe quattuor drachmis: bouē una duntaxat uenisse constat: capras: oues: uestē & alia eodē fere precio. Post hęc Amisum & Eupatram: quā Amiso finitimā ī nominis sui memoriā Mithridates cōdidit & regia illius appellabat̄ obsidere pergit: & altero pariter exercitu Themisyrā: quę ab Amaçonis cuiusdā nomine appellabat̄ iuxta Thermodoontē amnem sita est obsedit. Qui ad themisyrā castra habebāt turres & aggeres appulere urbi cuniculis ulterius tellurem effodere adeo amplis ac patentibus ut ī ipsis sub terra plures inuicē ꝓgredi possent. Themisyrij ecōtra desuper eos fodientes ursos ferasq; alias: nec nō apum examina ī operarios emittebāt. Qui uero circa Amisum fuerāt alio modo laborabant Amisis cū ipsis depugnātibus & plerunq; ad eos accurrentibus & ī singulare certamen nō nunq̄ prouocantibus. Mithridates interea magnā illis cōmeatus uim: arma & exercitum ex Cabiris destinat. Eo loci cū hibernaret exercitū aliū interim collegit: in quo peditum quadraginta: equitū tria millia inerant. Instante uere Lucullus ꝑ mōtes in Mithridatē mouit. Custodię regis quidē aderāt quę Lucullū ab īgressu ꝓhiberēt: & si qd noui occurreret igne sublato annūciarēt. Regebat autē custodias huiusmodi a Mithridate uir delectus regio e genere: cui Phœnix nomē fuit. Is cū Lucullū appropinquantē cerneret ignē extulit: inde ad Lucullum cū pręsidio omni aufugit. Qua ex causa Lucullus ꝑ montes intrepide progressus ad cabiras accessit. Equestri igit̄ prelio inter ipsum & Mithridatē gesto uictus denuo ad montes redijt. Pomponius apud illum magister

Amisus · Machares filius mitr. Tigranes mitridatis socer

Diocles proditor.

Precia venalium

Amisum.
Eupatra.

Themisyra.

Nouū pugnę genus.

Cabire.

Phœnix proditor.

Equestre preliū inter Lucullū & Mithridatē.
Luculli uictoria.

Pomponius

Pomponius magister equitũ Luculli captus ad regẽ ducitᷣ.
Regis uerba ad eundẽ

Nota.

Lucullus periculum adijsse uisus.
Olchabas regis transfuga ad Lucullũ.

Attende prudẽter dictum Olchabę a seruis Luculli.

Sobodacus alter trãsfuga.

Regis increpatio ad nobiles fugientes ab eo ad Lucullum: & ipsorũ retrocessio.
Aggreditur Mithridates romanos.
Romanorũ terror.
Fugiunt romani.
Mithridatis elatio.

equitũ captus ad Mithridatẽ saucius adducitᷣ: quẽ cũ interrogaret rex an gratiã sibi si saluus esset uellet reddere: Si quidẽ Lucullo amicus fueris perdignã inquit: Si hostis nullam. In hunc modũ cũ Pomponius elocutus esset & barbari interficere illũ suaderẽt respõdit rex: nõ despicere ęquũ esse uirtutẽ a felicitate destitutã. Et cõtinuo aciẽ instruẽs cũ Lucullũ ĩ pugnã adducere nõ posset circũiens ascẽsum super illũ quęritabat. Interim non mediocre periculũ Lucullus adijsse uisus. Nam uir quidã scytha nomine Olchabas iampridẽ ad illũ trãsfuga: & qui prelio equestri multos e periculo exemerat: & ob id a Lucullo nõ mensę modo sed consilijs & secretis particeps adhibebatᷣ ad tabernaculũ eius circa meridiem accessit cũ quieti indulgeret: ac breuẽ accinctus gladiũ ingredi conatus est. Prohibitus uero excandescere cœpit necessitate quadã destinari se ꝓfessus ut imperatorẽ excitaret. Seruis autẽ respõdentibus nihil salute necessarius esse Lucullo equũ stati ascendit & ad Mithridatẽ infecta re peruenit siue ꝙ insidias illi strueret ut ex eo suspicari licuit: siue ira concitus quasi ab his despiceretᷣ abierit. Alterũ deinde scytham nomine Sobodacũ impulit ut Mithridati consuleret transfugã se ad Lucullũ mitti. uerũ Sobodacus interceptus est. Lucullus descẽsum quendã ad campos quos hostilis detinebat equitatus ingressus cũ reditũ nullũ adesse cerneret uirũ quẽdã itinerũ edoctũ per quę ferę agitari solent ĩ spelunca repperit: quo duce sine mora ad iter usus supra caput regi astitit. Per id itaqꝫ delatus cũ campos ab equitibus obsessos declinasset uallẽ aquis refertã ab hostili parte metatus castra posuit. Cõmeatum uero cũ nullũ haberet e cappadocia acersit: eoqꝫ ex loco in hostes tela emittit. Interim nobilioribus a rege fugientibus Mithridates eos a ualle increpans retrocedere coegit: ac romanos aggressus adeo conterruit: ut per superiora montiũ arrepta fuga neutiqꝫ retrocedentes sentirent hostes: uerꝫ quoscunqꝫ insequentes & una fugientes eos esse arbitrarẽtᷣ. Ea uictoria admodum elatus est Mithridates: ita ut ad omnes litteras emitteret.

Ex equitibus porro magnam partem & his quidē pugnacissi-
mis in insidijs locat: qui cōmeatum e cappadocia ferentes Lu-
cullo intercipetēt: satis ratus ut quemadmodū ipse apud Cyzi-
cum fame uictus fuerat sic Lucullū inedia debellari posse: quę
profecto animaduersio haud contemnenda uisa est si Lucullo
cōmeatū quē ex sola duntaxat cappadocia habebat interclude-
ret. Sed regij equites pręcursoribus eorū: qui frumentū defe-
rebant in angusto occurrissent: deinde impetū non sustinentes
ad liberiora loca diuertissent equos ut inutiles ī arcto reddide-
re. Eo in loco ex itinere pręuenientes romani prius q̄ in aciem
prodirēt hostes/ex regijs plures occiderūt/ peditū ī morē inter
angustias pugnantes: nō nullos etiā e primis confecerūt: alios
fugientes pręcipitauere e rupibus. pauci nocte ī exercitū dela-
ti & se solos euasisse referētes q̄q̄ euentus pręlij ex se formido-
losus esset multo tamē formidolosiorē retulere regi. Mithrida-
tes prius q̄ uictoria Lucullo innotesceret ratus ī tanta equitum
clade non multo post Lucullū sibi insurrecturū fugam ex tre-
pidatione meditat̄: idq; amicis ī tabernaculo subinde refert. Illi
prius q̄ annūciaretur cū nox adhuc esset iugi studio quę quisq;
habuit e castris educit. Turba igit̄ eorū q uasa deferebāt ad por
tas cōcurrente cū cęteri animaduerterēt & qui ea deferrent co-
gnoscerēt/deteriora his arbitrati: & quia nihil ipsis annūciaret̄
cū timore & querela decurrētes ad uallū properāt: Disiectisq;
omnibus eo ex loco ut quisq; potuit turpiter arripuere fugam:
nullū a duce aut pręfectis mandatū expectātes. Quę Mithrida-
tes nullo ordine: celeriusq; q̄ putarat euenisse cernens ex taber-
naculo prosiluit: ac nō nulla dicere aggressus nemine adhiben-
te aures turbatus ut in multitudine fit in terrā concidit: indeq;
in equū relatus ad montes cū paucis aufugit. Lucullus hac ui-
ctoria certior factus: percepta etiam hostiū fuga statim equites
plures emittit: qui eos insequerentur. Deferentibus uero uasa

Equitatus Mithridatis uincitur.

Mirabilē attende casū fuge ab Mithridate.

Victoria de Mithridate.

per exercitũ pedites iussit occurrere: & ne quid eo tẽpore ar-
riperent: ueꝝ nullo respectu ut eos interficerent imponit. At
illi uasa aurea & argentea q̃plurima uestemq; multi precij in-
Mithridates captus aufugit.
tuentes mandatũ neglexere. Ipsum quoq; regem capientes cũ
mulũ auro onustum per sarcinam ferro confodissent fluente
Cume.
auro ad id conuersi Mithridatem uersus cumas fugientẽ sequi
neglexerunt: quo ex loco cum tribus equitum milibus ad Ti-
granem peruenit. Ille ad conspectum suũ neutiq; admisit: ueꝝ
Desperationem Mithridatis attende.
Bacchus eunuchus
certis in locis regio more uiuere concessit. Mithridates despe-
ratis rebus Bacchũ ennuchũ ad regiam eius ire imperat: utq;
sorores suas: mulieres: ac pellices quoquo modo neci traderet
imponit. Sic illę partim ensibus: partim ueneno & laqueis fi-
niere uitam. Quę animaduertẽtes ij qui pręsidijs a rege impo-
siti erant paucis exceptis ad Lucullum perfugerunt. Lucullus
deinde in regem cõuersus exercitũ confirmat: & quę in pon-
to fuere ciuitates classe circumuectus omnes fere in potestatẽ
Amastris. Heraclea. Sinopis.
redigit Amastrem uidelicet & Heracleam aliasq;. Sinopis ue-
ro acriter adhuc romanis resistebat: & nauali pręlio haud ig-
naue depugnabat. Obsessi a Lucullo ciues: naues quas grauio-
res habuere igne consumũt. Leuiores deinde ingressi fuga se
proripiũt. Lucullus statim urbem liberam esse pronunciauit:
Somniũ de Antilocho.
somnio permotus ut aiunt. Nam Antilochum cum in amaço-
nes cum Hercule belligerasset: ui tempestatis pulsus: & in Si-
nopem delatũ eam urbẽ sibi uendicasse fama est: ob idq; eius
Antilochi statua.
statuam Sinopensibus maximo in honore fuisse. Itaq; cum ci-
ues arrepta fuga statuã ui efferre conarẽt funibus: lintheami-
nibusq; obuoluisse. Inscio igitur Lucullo: nec quid tale medi-
tante ꝑ quietem apparuisse memorant se ab Antilocho uocari
& in sequenti die statuam a non nullis deferri cum offendisset
solui iussisse persimilem ei: quem uidisse existimasset. Lucul-
Amisum.
lus inde ad Amisum supra Sinopem castra posuit: & ciuibus

ſimiliter per mare fugientibus cũ intellexiſſet eam urbem ab athenienſibus dum mari imperitarent conditam fuiſſe & diutius populari ciuilitate uſam ſubinde perſaꝝ paruiſſe regibus: denuo uero eadem ciuilitate reſtitutam ab Alexandro: iterum a ponticis ſubactam fuiſſe urbis ſortem miſeratus Alexandri in morem cuius gloriam ęmulabatur & ꝙ genus eſſet atticum ſuis legibus uiuere cõceſſit. Amiſinoſq; omnes iuſſit reuocari. In hunc modum Lucullus Sinopem atq; Amiſum deprędatus denuo reſtituit. Cum Machare uero Mithridatis filio boſphororũ rege coronam ſibi ex auro promittente fœdus amicitiamq; firmauit & ad Mithridatem apud Tigranẽ inquirendum proficiſcit͛. Inde in aſiam tranſgreſſus ſyllanis adhuc oppreſſam grauaminibus quartam tributi partem in fructibus: reliquas ex domorum poſſeſſionibus & mancipijs iuſſit pendere. Epinicia etiã ſolennia inſtituit ueluti bello rite peracto. His geſtis ĩ Tigranem ꝙ Mithridatem recuſaſſet reddere copias mouit duas ex electioribus legiones ac quingentos educens equites. Cum his euphrate ſuperato pecunias a barbaris expoſcens iter peragebat. Hi quippe nullis inferebant bellũ: neq; quid pati digne uidebant͛ bello inter Lucullũ & Tigranẽ ingruente. Tigrani nemo Luculli aduentũ nũciare auſus: qui enim primus id attulerat in crucem ſublatus eſt. Ciuitatũ deinde tumultu quę ab eo infeſtabantur audito Metrobarçanem cum duobus millibus equitum ire iuſſit: qui Lucullum ab incurſu prohiberet. Maçeo autem tigranocertam cuſtodire imperat: quam urbem ut a nobis ſuperius dictum eſt in honorem ſui nominis condiderat & optimos quoſq; in eam conuocarat pœna unicuiq; impoſita ut quę in eam non tranſferrent ſibi iure uendicaret. Vrbi quippe muros in altitudinem quinquaginta erexit cubitorum: equorum ſtabula inferius habentes: regiam ad hęc & pomaria ĩ ſuburbijs perfecit ampliſſima:

Alexander.

Luculli fœdus cũ Machare Mithridatis filio boſphoroꝝ rege.

Epinicia ſolennia.

Lucullus ĩ Tigranem mouet.

Metrobarçanes.

Maçeus.

Tigranocerta urbs inclyta.

ferarum inſuper ſepta ad uenandi uoluptatem: lacuſqꝫ amœni-
nitate refertos. In proximo autē arcem munitiſſimam cōdidit:
Quę omnia Maçeo curanda derelinquens copias omni ex par-
te contrahit. Metrobaçanem quidē Lucullus ſtatim ab cōgreſ-
ſu primo repulit. Deinde cōuerſum inſequi cœpit. Maçeū Se-

Sextilius.

xtilius intra tigranocertę mœnia cōcluſit: regiamqꝫ muro mi-
nus ſeptam deprędatus eſt. Vrbi uero & arci foſſam ab omni
parte circūdedit: machinas etiā attulit urbi: & cuniculis mœnia
ſuſpendit. In his Sextilius obuerſabať. Tigranes peditū ducen-
ta: & quinquaginta millia: equitū pariter qnquaginta in unū
congregauit: ex quibus ad ſex millia in tigranocertam ire iuſſit
qui per medias romanorū acies pellices attrahentes regias pro-
fecti ſunt. Tigranes cū reliquis copijs ī Lucullū mouit. Ferunt
tū primū Mithridatē in cōſpectū eius ueniſſe: regi quoqꝫ con-

Mithridatis ad Tigranem conſilium optimum.

ſilium dediſſe ne cū romanis bellum caperet: ſed equeſtribus
duntaxat copijs hinc inde diſcurrēs uaſtatis agris eos quoqꝫ fa-
me pręcludere tentaret. Eo modo ſe a Lucullo ad Cyçicum ob-
ſeſſum ſine pręlio exercitū omnē perdidiſſe. Verꝫ ille Mithri-
datis militiā irridēs ad pugnā paratus acceſſit. Romanorꝫ quoqꝫ

Tigranis cauillum de romanis lege.

paucitate perſpecta cauillo huiuſmodi uſus dicitur: Eos quidē
ſi legati accederēt/ permultos: Sin ut pugnarēt perpaucos eſſe.
Lucullus tumulū accōmodū poſt Tigranē conſpicatus equites
in fronte conſtituit: qui hoſtes laceſſerent: & ex agmine dedu-

In ſidias attende militares.

ctos ipſi cedentes poſt ſe traherent ut inſequentibus barbaris
nullo ordine palantes interciperet. Ipſe tumulū circumuectus
pedites in occulto collocat. Cum primum igitur hoſtes ueluti
in uictoria romanos hinc inde diſperſos perſequi uidit: eorum
quoqꝫ uaſa paſſim iacentia cōſpexit ſublata uoce uicimus o uiri

Luculli concurſus in deferentes uaſa.

inquit: & ſubito ad eos qui uaſa deferebāt accurrit. Illi magno
tumultu inter pedites feruntur: & equites peditibus occurrūt.

Barbarorū cōfuſio

Fit fuga undiqꝫ. Sed cum inſequendis romanis longius a ſuis

decurrissent equitatu insurgente cõuersi trucidant: & qui uasa ferebant inuicem collapsi ut in tumultu fit seipsos collidebant. Omnibus igit in tanta multitudine cõfusis: nec ordinẽ ullũ intuentibus ad quẽ se referrẽt cędes imensa editur nemine hostẽ spoliante. Sic enĩ a Lucullo maximis ꝓpositis pœnis edictũ fuerat: adeo ut armillas & torques ĩ transitu euitantes ꝑ centũ & uiginti stadia hostes cõtinue cędendo ꝓsecuti sint: quoad nox eos excepit. tunc quidẽ cõuersi spolia inuadebãt. Sic enim a Lucullo cõcessum erat. Maçeus percepta clade a tigranocerta omnes gręcos quos mercede cõduxerat in urbem armis exuere decreuit. Nam cũ deprehẽsionẽ ueritos in unũ ambulare una cõuersari & scutulis quibusdã ornari cõspexisset barbaros statim cũ armis in eos ĩmittit. Illi uestes clypeorũ in morẽ sinistris adaptantes ad eos se cõuertunt: pluribusq; interfectis assumpsere arma: quibus inuicẽ diuisis iam potẽtiores ciuibus extulere faces: & romanos ab extra deposcentes in urbẽ recepere. In hunc modum tigranocerta a romanis capta: ingentesq; thesauri in ea dirrepti sunt utpote in ciuitate nuper ad ęmulationẽ glorię cõdita. Tigranes interea ac Mithridates exercitũ aliũ denuo instaurare properabant: cuius regimen Mithridati attributũ erat cũ Tigranes cladem illã ob imperitiã rei militaris acceptã existimaret. Ad parthorũ etiam regem misere legatos auxilia ab eodem expetentes. Sed cum Lucullus ad eum pariter suos demisisset: rogaretq; ut uel sibi afferret opem uel neutri impenderet rex clam utrisq; pollicitus nulli pręmittere curauit. Mithridates arma interim per singulas desumpsit urbes & delectũ fere omnem ex armenijs confecit. Ex electioribus usq; septuaginta peditum millia: equitũ ad dimidium fere numerũ elegit: reliquos omnes ab exercitu emisit. Hos igitur per turmas: cohortesq; diuisit italici ĩ modũ distinguens ordinis. Ponticis uero se exercere pręmisit. Aduentante Lucullo Mithridates peditatum omnem partemq; equitatus in tumulo continuit. Reliquos Tigranis equites cum in frumentarios romanos

Ingens cędes.
Debellatur Tigranes.
Edictum Luculli.

Nota casum occupatę urbis.

Tigranocerta a romanis capta.
Tigranes & Mithridates exercitũ instaurare pręparãt: & ad regem parthoꝝ legatos mittunt.
Exercitus regimen Mithridati attributũ.

Mithridates exercitũ diuidit. quo pacto.

impulisset amisit. Qua ex causa audacius Mithridati appropinquantes frumenta legebant & castra iuxta eum metebantur. Interea puluis ad altiora editus Tigranem aduentare indicat. Hoc enim inter se meditati fuerāt quo Lucullū in medio deprehenderēt. Id animaduertēs Lucullus precipuos equitū longius ire iubet qui Tigranē distinerēt: nec ex itinere in ordines redire sinerent. Ipse Mithridatē in pugnā ꝓuocās fossa circūsepsit: nec ante ab incepto destitit q̄ fames incidens amborū dissoluit opera: & Tigranes ad interiora armenię se cōtulit. Mithridates uero ī pontū & ad residua sui ꝑuenit principatus quattuor millia ex suis adducens: totidē a Tigrane assumptis. Insequebat̄ & eū Lucullus. Sed cū ob cōmeatus inopiā reuerteret̄ pręueniens illū Mithridates Fabiū aggredit̄: qui postrem⁹ sub Lucullo ad bellū ibidē fuerat relictus. Eum itaq; ī fugā uertens ad qngentos occidit. Fabio uero seruos qui in exercitu aderant ī libertatē uendicāte: & per diē integrā denuo depugnāte iterū belli fortuna cœpit īmutari quoad Mithridates genu lapide saucius & sub oculo trāsfixus a sagitta magna celeritate auectus est & pluribus diebus hos quidē timor regię salutis: illos uero multitudo uulnerū quietos reddidit. Mithridatē agari curabāt genus scythicū qui ad serpentū morsus solent adhiberi: & ob id regi cōtinue assidebant. Interim Triarius alter ex Luculli ducibus cū exercitu ꝓprio ad Fabiū delatus ī eius locū successit: nec multo post cū ipse ac Mithridates ad pugnā cōuenissent uētus propere exortus qualē antea nunq̄ obuenisse memorię proditū est amborū tentoria sustulit: currusq; ꝓfregit: ex militibus nō nullos ui raptos suspēdit in aere: qua ex causa cessere ambo. Sed cū Lucullus aduētare diceret/ Triarius uictoriā pręoccupare studens/ noctu adhuc Mithridatis custodias aggredit̄. Cū pugna aliquandiu par esset rex cū parte copiarū quę eū sequebāt̄ fortiter inuectus belli uictoriā auspicat̄. Dissipatis enim hostibus peditatum eorū in palustri quadam uoragine conclusit: quo in loco cum subsistere non possent interimuntur. Equites deinde

Astutias nota militares.
Luculli prudentia.
Barbarici exercitus & operum dissolutio.
Insequitur Lucullus Mithridatem.
Pręuenit Mithridates Lucullum.
Fugatur Fabius dux Luculli.
Romanorū cędes.
Bellicę sortis mutatio
Vulneratur Mithridates.
Agari q uenena curāt
Triarius alter ex Luculli ducibus in locū Fabij succedit.
Horribilis uentus.
Mirum lege.
Pugna inter Triariū & Mithridatem.
Luculli & Triarij peditatus interimitur.

ꝑ cāpos insecutus est impetu quodā aspirantis fortunę usus. In-
ter hęc romanus quidā turmę ductor serui ī modū cū rege con-
gressus magno uulnere ꝑ femur ense traiecit: ratus ob thoracē
neutiq; eū a tergo posse configere: ueꝝ illū qui regi proximio-
res aderāt statim cōfecerūt. Mithridates ī castris retro defertur.
at amici arridentē eoꝝ cœptis fortunā ꝓsequētes magno impe-
tu in romanos ferunt. Pugnantibus ipsis inopinus reuocationis
clamor auditur subijtq; dubitatio ne aliunde quid infaustū illis
accidisset quoad intellecta re statim in campo magna trepidati-
one regē circūstetere: nec abinde discessere donec Timotheus
cōpressū sanguinē ex superiore loco retulit: queādmodū apud
indos ab Alexandri militibus olim trepidatū fuisse memorant:
donec ipse se rex ex uulnere curatū suis ostendit. Mithridates
cū ad se redisset eorū qui pugnā reuocassent/ ignauiā conque-
stus est: & orta ꝗ primū luce duces ī romanorū cōcitat exercitū.
Illi timore perciti ī fugā uertunt. Cū cadauera spolijs exuerent
tribunos militū quattuor & uiginti: centuriones centū qnqua-
ginta occubuisse repertū est. Quorū superiorū iacturā uno in
prelio nunꝗ persimilem romani sustinuere. Mithridates in ar-
meniā profectus quam minorē romani uocant quęcunq; facile
asportari poterāt frumēta collegit: quę uero difficulter penitus
euertit/ ut Lucullū instantē a se repelleret. Interea uir quidam
e romanis senatorij ordinis Attilius nomine ob mulctā dereli-
cta patria ad Mithridatē cui antea familiaris fuerat accessit. Qui
cū insidias regi pararet ab eodē interceptus est. Rex neutiq; di-
gnū ducēs hominē romanū senatoriūq; supplicio afficere/ eum
interfecit. cōspirātes uero cū illo/ grauius afflixit. Seruos prete-
rea qui Attilio hac ī re obsecuti forēt impunitos esse uoluit ut-
pote qui hero suo paruissent. Lucullo interim cōtra Mithrida-
tem castra habente quidā asię prefectus ꝑmisso tibicine palam
proclamari iussit romanos Lucullum incusare ꝗ ultra prescri-
ptum sibi tempus bellū gereret: exercitū ab eo esse dimitten-
dum: qui illi paruissent eorū bona ex decreto fore publicanda.

Mithridates denuo uulneratur.

Ingens barbarorū trepidatio.

Mithridates se curatū suis ostendit.

Instaurat Mithridates bellum.

Vertunt in fugam romani.

Mithridatis uictoria in romanos.

Armenia minor.

Attilius proditor.

Ignominiam nota Lucullo illatam.

Quid agit temeritas.

Quibus temere ꝓlatis exercitus fere omnis paucis exceptis dissolutus est. Qui enī tenuiores fuerāt & pœnā minus formidabant cū eodē ꝑstitere. Hac ex causa Luculli in Mithridatē bellū nullius momēti habere cœptū: nec quod ad optatū finē posset attingere. Dissidente quippe italia turbati omnes/ mari latrocinijs obsesso/ fame pene enecti neutiq̧ tēpus bello accōmodū arbitrabant̃ esse prius q̄ alterū peringens ac difficile cōposuissent bellū. His perceptis Mithridates in cappadociā descendit: & ut propriū regnū sibi cōfirmauit. Et hęc quidē agentē romani uidere neglexerūt quoad maria tuto patebāt. Cū autē uexari cœpissent: & Pompeius ad ea pacanda ī asiā uenisset bellū mithridaticū cōtinuo assumpsere: & id Pompeio exequendū tradidere. Ea ex causa pars quędā pompeianę seditionis bellum contra Mithridatem mari gestū mihi uisum est: nec ad priuatam ullam expeditionem pertinere: sed ad partes eius esse referendum: & quemadmodū fuerit exponere. Mithridates cū primū romanos debellasset: asiāq̧ innasisset/ Sylla circa gręciā elaborante: ratus illū nō satis facile ī asiam uenturū cętera omnia ut prędixim⁹ depopulatus est. mari quoq̧ piratas intulit: qui primū pauculis scaphis: nec ijs satis amplis latronū more maria infestabāt. Cū uero bellū exarsisset plures numero effecti nauib⁹ longe amplioribus omnia circūnauigabāt lucri potissimū dulcedine pellecti adeo ut neq̧ deuicto rege: neq̧ inducias agente ac ne retrocedēte quidē a mari temperarint. Nā patrię extorres deficiente uictu ob assiduū bellū ad inopiā maximā delati uice telluris mari fruebāt̃: myoparonibus ī primis & sexcuplis usi: dicrotis postmodum ac triremibus separatim enauigantes/ latronibus quibusdam maioribus ipsis pręsidentibus imperatorum more: & in urbes mœnibus carentes ui delati: aliarum quoq̧ mœnia sternentes aut suffodientes & ī captiuitatē uendicantes palam prędabātur: Si quos ditiores offendissent classi impositos se ipsos redimere cogebant. Et huiusmodi rapinas cū latronū nomen abborreret militares mercedes dictitabant.

Pompeio bellū mithridaticū decernit̃.

Pars originis pompeianę seditionis.

Piratarū origo & quo pacto adaucti.

Piratarū historia.

Myoparones.
Sexcuplę. Dicrotę.
Triremes.
Latrones maiores impetatorū more.

Artifices preterea ad opera adhibebāt uinculis detentos: & lignorū materiē ęris & ferri circūferētes nullo unq̄ ab opere cessabāt. Elati etenim ob assidua lucra nec latrocinari adhuc omittentes regibus iam & tyrannis & exercituū magnorū imperatoribus seipsos cōparabant: satis fisi cum se in unū contulissent a nemine superari posse: & ob id naues & arma omnifariam fabricati maxime in Ciliciā quam asperā appellant impetū eorū dirigebant: exercitū eo in loco colligebāt: custodias & montiū summitates insulasq; desertas & nauiū receptacula ibidē nacti precipua eorundē refugia circa eam cum aspera esset & importuosa & apicibus predita maximis constituerant. Qua ex causa omnes cōmuni nomine cilices appellati sunt initiū assumente huiusmodi fortasse clade ab ijs: qui ciliciam incolunt asperam. Suscipientibus deinde eos syrijs: cyprijs: & pamphylijs: ponticisq;: ac fere omnibus qui ad orientem uergunt nationibus mithridatico bello p longū tempus illis incumbente aliquid potius agere q̄ ab alijs pati eligentes maria telluri antetulerunt: Sic ut breui multa hominum millia in unum congregantes nō solum mare quod ad orientē spectat: sed quodcunq; inter herculeas columnas situm est sibi uendicarēt. Iam enim nō nullos romanorum duces: aliosq; & qui sicilię preerant circa siciliam nauali bello superauerāt. nullo in loco nauigatio tuta erat: tellus quoq; operibus uacua ob mercenariorū indigentiam. Romanorū tamen ciuitas prę cęteris huius mali particeps / ijs: qui imperio parebant undiq; obsessis & ipsa propter multitudinē fame laborante. Id autem opus perdifficile & magnum uisum est tot exercitus uirorū nauiumq; deprehendere: qui per omnem circum terram mariaq; diuiderentur: & ob leuitatem apparatus facile hinc inde capesserent fugam: nec ad notas terrarum partes receptus debitos & stabiles haberent: neq; cōmune quicq̄ aut propriū sed continue ad occurrentia se conferrent: ita ut belli huius pręter cōsilium omne meditatio nihil firmi:

Cilicia aspera.

Piratarum refugia ubi.

Piratę cilices appellati cur.

Romanorū duces a piratis nauali bello superati.

Murena.
Seruilius Isauricus.
Brundusium.
Tyrennia.

aut quod intelligi posset in se continens desperationẽ simul & timorẽ anteferret. Nam neq; appropinquatio Murenę ad eos: neq; Seruilij Isaurici aduentus post illum quicq̃ profecerat sed iam italię maritimã oram circa Brundusium & Tyrenniam audacter inuaserant: & mulieres nobilium hinc inde transeuntes simulq; duos exercitus cum signis interceperant: quarũ rerum neq; iacturam neq; obprobriũ ulterius tolerantes romani Pompeiũ qui maximę apud eos auctoritatis habebat ex lege imperatorẽ p tres annos statuẽtes uniuerso mari quod inter herculeas columnas situm est & terrę omni quę a mari p quatercenta stadia desuper extendit regibus: dynastis: gentibus: urbibusq; uniuersis pręsidere uoluerunt: ipsiq; exercitus in unũ congregare: pecuniasq; exigere uicissim concesserũt. Exercitũ pręter hęc ingentẽ: nauesq; quas habuere omnes ex ordine miserũt: pecuniarum item adusq; sex millia attica talenta: Sic magnũ ac difficile arbitrabantur tam ingentem superare exercitum tam ĩmenso mari ac longinquitatibus tam uastis latitantem facileq; cedentem denuoq; inopine insurgentẽ ut nemo illis Pompeio ad hęc uideret dignior qui cũ tanto nauigaret imperio. Fuere autem illius exercitus statim quidem uiginti millia peditum: equitum quater millia. Naues quoq; cũ sexcuplis septuaginta supra ducentas. Ministri porro quos a senatu legatos uocant quinq; & uiginti sunt secuti: quibus Pompeius naues mariaq; diuisit: equosq; singulis attribuit: pedites insuper & militię signa addidit. Ipse cunctorũ imperator legionibus omnibus quibus illi per partes pręerant ueluti rex regũ pręsidebat: iussitq; unũquenq; discurrere & efferri ĩ regionibus quas illi ascripsisset permanentes: neq; piratas ultra has insequi: neq; regiones alijs traditas inuadere: sed continue ab omni parte piratis obuiantes mutuis concursibus eos intercludere. Sic omnibus dispositis Pompeius Tiberiũ Neronẽ & Manliũ Torquatũ hiberię & mari quod ad herculeas columnas pertinet pręesse uoluit.

Potestas Pompeio concessa.

Magna Pompei auctoritas.
Exercitus Pompeio contra piratas attributus.

Ordo a Pompeio suis diuisus.
Mirus & laudabilis apparatus.
Tiberius Nero.
Manlius Torquatus.

Ligustico uero & celthico Marcū Pomponiū. Libyco deinde & sardinio ac corsico mari: insulisq; finitimis Lentulum Marcellinū & Publium Attiliū. Circa italiā autē Luciū Gelliū: & Gneū Lentulū p̄fecit. Siculū p̄terea & Ioniū Plociū: & Terentiū Varonē usq; ī acarnaniā custodire iussit. Peloponnesus uero attica: euboia: thessalia: macedonia: atq; boetia Lucio Cinnę traditę. Insulas autē & ęgeum mare omne atq; hellespontū Lucius Cullius assumpsit. Bithyniā thraciā ac propontidē: & maris fauces Publius Piso. Lyciā deinde ac pamphyliā: cyprū & phoenicē Metellus nepos. In hunc modū prouincię ducibus distributę sunt ut inuicem piratas aggrederent᷑: auxilia inter se cōferrent custodirentq;: & uicissim fugientes interciperēt: neq; persequēdo longius errarent: ne ueluti incursu circūferrentur: & in longū nimis produceret᷑ opus. Pompeius ipse ad omnes enauigabat: & his quidē duobus & quadraginta dispositis diebus romā redijt: inde ad Brundusiū: ex Brundusio uero tam magno interuallo ad ea loca ꝓuectus omnes nauigandi celeritate: apparatus magnitudine: & glorię opinione cōterruit: ut piratas cū eo congredi putantes uel nō facile superari existimantes timore percitos statim ex urbibus quas inuaserāt expulerit: & ad solitos mōtiū apices: portuūq; recessus fugere coegerit: ita ut Pompeio sine pugna & sanguine maria omnia libere paterent: piratę uero per partes a ducibus suis deprehenderent᷑. Ipse deinde in ciliciam diuerso exercitu: multisq; cū machinis peruenit: ratus omnifariā machinarū copia & expugnatiōis genere sibi opus fore ad eos qui superiora tenerēt: uerū gloria & apparatu eius cōterriti latrones: fretiq; si nō bello: at saltē misericordia esse tutos primū inclamare & reclamare occipiūt qui presidia editiora habebāt. post hos montani cilices: postremo uniuersi se in manibus eius concesserūt. Arma ad hęc plurima partim parata: partim infecta illi tradidere. naues pręterea nōdū cōpactas alias mari illatas: ęs quoq; & ferrū

M. Pomponius.
Lentulus Marcellinus.
Publius Attilius.
L. Gellius.
Gn. Lentulus.
Plocius.
Terentius Varo.
L. Cinna.
L. Cullius.
P. Piso.
Metellus nepos.

Brundusium.

Aduentus Pompei in ciliciam.

Vincuntur piratę a Pompeio.

ad opera paratũ: uela: funesq; materiemq; uariam exposuerũt: multitudinẽ insuper captiuorũ quos partim ob redemptionẽ: partim ad opera agẽda deuinxerãt. Quib9 ex rebus Pompeius materiẽ primũ incendit: naues abstulit: captiuos ad ꝓprias domos redire iussit. Ex his pleriq; sepulchra a suis sibi erecta ueluti defunctis offenderũt. Ex piratis quoscũq; nõ tam peccandi licentia q̃ inopia ob assiduũ bellũ ad hęc delatos nouerat/Mallum aut Edanã: aut Epiphaniã: aut aliud desolatũ & inhospitũ cilicię asperioris oppidũ iussit incolere: nõ nullos etiã eorũ ad Dymon ĩ achaiam transtulit. Sic piraticũ bellũ: quod omnium difficillimũ putabatur esse facillima quędã pars Pompeio obuenit: nauesq; ĩ potestatẽ redegit partim duobus & septuaginta diebus captas: partim ab ipsis traditas numero sex supra tercẽtas: ciuitates: pręsidia: receptusq; omnes eoꝝ/diebus cẽtũ & uiginti suscepit. Ex piratis ad decem millia eo in bello cęsa referunt. His igit̃ adeo celeriter: & pręter cunctorũ opinionẽ gestis romani Pompeiũ magnũ extollentes cũ adhuc circa ciliciam castra haberet imperatorẽ cum eadẽ potestate ad mithridaticũ bellũ elegerunt ita ut ꝓ libito quę sibi uiderent̃ componeret: atq; pugnaret: amicosq; uel hostes populi romani iuxta uoluntatẽ suã iudicaret: exercituũ omniũ extra italiã princeps esset: quę simul omnia nulli alij pręterq̃ Pompeio fuisse concessa satis constat: & forte ob hęc imperatorẽ ipsũ magnũ appellarũt. Veꝝ mithridaticũ bellum a primis ducibus iam fere cõfectũ erat. Pompeius statim ex asia copias ĩ unũ congregans in Mithridatis mõtibus castra ponit. Mithridati in exercitu ex electis ꝓprius aderãt peditũ triginta millia: equitũ tria millia: & eam regionẽ quã Lucullus prius insedisset cõmeatu destitutã ipse inuaserat: qua ex causa plurimi ab eo transfugerant: quos Mithridates sicubi nactus esset ĩ crucẽ tolli: oculos effodi: igne comburi iusserat. Cęterũ nõ tam illũ transfugarũ cura ob supplicij metum q̃ inedia & egestas stimulabat. Legatis igit̃ ad

Attende.

Mallus.
Edana.
Epiphania.
Dymon.

Pompei magni historia.

Magnus Pompeius.

Mithridatis legatio ad Pompeiũ ꝓ inquirẽda belli cõciliatione.

Pompeium missis: quę belli huiusce conciliatio esse posset inquirit. Tū ille si transfugas inquit reddideris: & te ī potestatē nostrā dederis. Quibus intellectis Mithridates hęc transfugis aperuit: quos cū timore concitos trepidantesq; conspiceret iureiurando sanxit: nullam sibi cum romanis conciliationē unq̄ affuturā ob eoꝝ auariciā: neq; se illis daturū quenq̄ aut factuꝝ quicq̄ quod nō prius illis aperuisset. Sic enim elocutus est. Interim Pompeius equites in insidijs collocans alios palā emittit qui custodias regis aggrederēt. His mandatū erat irritare hostes & subinde fugere ueluti impotētes usq; ad insidiarū loca: deinde se conuertere. Et profecto celeriter usq; ad exercitū uenissent: nisi q̄ ueritus rex pedites eduxit. Illi autē regressi sūt. Sic finis insequēdi ac fugiendi Mithridati & Pompeio inuicē fuit: & experientia utriusq; exercitus equitū q; cōcertatio. Vexatus tandē ob inopiā rex haud sponte discessit: & Pompeiū ī eius locū subire passus est: fisus eū ut ī regione destituta omni cōmeatu nō sine magno incōmodo morari posse. Veꝝ ille cōmeatum adhibitū ex locis quę post se fuerāt suscipiebat. Progressus deinde usq; ad Mithridatem custodias illi & exercitus q̄plures p centūqnquaginta stadia undiq; apponēs fossa circūsepsit ita ut cōmeatū haud facile posset consequi. Mithridates cū a Pompeio fossa clauderet minime in illū insurgere curauit siue timore ductus siue inscitia: siue omnib⁹ iam illū circūstātibus malis. oppressus subinde cōmeat⁹ inopia equos ad uehicula dispositos iussit interfici: Singulos deinde illis adijciēs uix ad qnquaginta suffecturos dies nocte miro silentio fugā arripit p iter adeo asperū ut orta uix luce persecutus eū Pompeius ultimos aggrederetur. Amicis itaq; suadentibus ut ordines instrueret pugnam inire renuit: sed equitibus duntaxat appropinquantes repellens hostes uespere inter siluas opacissimas delituit. Sequenti die locū irrepsit asperum: ad quē unica solum semita patebat aditus. Hunc quattuor ex cohortibus suis

Pompei responsio.

Insidię.

Obsidet Mithridates.

Fames ualida.

Mithridatis fuga nocturna.

custodiendũ tradidit. Ex aduerso autẽ romani custodias adhibuere ne aufugere rex posset. Orta die exercitũ unusquisq; armis instruit.

Custodie prelium experiri incipiũt.

Et primũ inter se prelium custodie experiri incipiunt. Quidã etiã ex regijs equitibus separatim ab alijs nullo iubente custodijs auxiliũ afferre ꝑperãt. Plurimis autẽ ex romanis equitibus ad illos accurrentibus regij equites turmatim ad eos aduolant. Descẽdentibus deinde alijs ab equis: & insup

Error exercitus Mithridatis.

romanis qui cõtinue ingruebant se ipsos adequantibus qui superius steterãt iam armis instructi cũ eos cursu & acclamatiõe hinc inde palantes intuerent̃: neq; quid actũ foret intelligerẽt fugã arbitrati ueluti exercitu utraq; ex parte intercepto depositis armis fugã capessunt. Difficultate autẽ loci ĩ descẽsu prohibente exitũ inuicẽ cõuersi corruebant quoad rupibus precipitati sunt.

Attende.

In hũc modũ Mithridatis copie ob proteruiã eorũ qui ꝓpugnatoribus sine mandato auxilium afferre ꝑperassent ex turbatione dissipate sũt ita ut residuũ belli facillimũ Pompeio fuerit hostes inermes persequenti & inter rupes clausos occidenti.

Barbarorũ cedes.

Cesa sunt ad decẽ millia hostiũ & apparatus omnis belli interceptus. Mithridates scutiferis solis comitatus per aspera queq; compulsus & effugiens non nullos ex mercenarijs equitibus: ex peditibus ad tria millia offendit: qui eũ ad Sinorega oppidũ comitati sũt.

Sinorega oppidum.

Eo ĩ loco multi ex thesauris suis seruabant̃: ex quibus dona ac mercedes annuas ijs qui cũ eo aufugerãt impendit. Ipse sex millibus talẽtis assumptis ad euphratis fluminis hostia peruenit ut abinde ad colchos transmearet.

Fontes euphratis.

Indesinenti itaq; cursu ꝓuectus diebus potissimũ quattuor euphratẽ superauit. tribus deinde alijs cõstitutis his & armis cõmunitis qui eũ sequebãt̃ & cõtinue accedebant ad cotinã peruenit armeniã.

Armenia cotina.

Origo hiberorum in asia.

Eo in loco cotinos & hiberos iter illi ꝓhibentes fũdis & sagittis repulit: Indeq; ad apsarũ ꝑuenit fluuiũ. Hiberos quippe ĩ asia quidã ibi genitos esse: alij ab europeis colonos eũ in locũ deductos putant. Sũt q nominis parilitate cõformes

solum esse existimēt: moribus quidē: & lingua nihil similitu-
dinis in se habēt. Mithridates in Dioscuris hiberna deducens:
quā urbē colchi castoris & pollucis cū argonautis profectionis
monumentū arbitrāt esse nihil uel parum ut in fuga opus est
differre cogitans pontū omne ī circuitu peragrare: deinde scy-
thas supra pontū: postremo ad męotidā paludē proficisci: & in
bosphorum usq; penetrare cōcepit animo: & Macharis filij sui
regnū erga se parū grati in potestatē uendicare: denuo ex ad-
uerso cum romanis pugnā capere: & ex europa ī asiam ꝓfectis
inferre bellū: porum in medio constituens quod nō nulli bos-
phorū ex Io transitu solent appellare: quo in loco ob çelotipiā
bos effecta Iunonē effugisse dicitur. Hęc igit pręter cunctorū
opinionē arbitratus Mithridates simul ad effectū ꝓducere fe-
stinat: & ꝑ scytharꝝ gentes bellicosas aliasq; partim ui: partim
suasione ꝓfectus est. In hunc modū q̄q̄ fugiens: & uictus ue-
nerabilis adhuc & tremebundus uisebat. Eniochis igit illū su-
scipientibus ꝑ eos iter agens acheos in fugā uertit: quos a troia
redeuntes ī pontū ex tempestate delatos ferūt. & multa a bar-
baris passos utpote gręcos nō nullis in patriam ꝑ naues missis
gręcis nationibus eos q sibi aduersarent indicasse. Gręcos uero
quoscunq; scytharū adepti essent sibi subdidisse. Primū quidē
ob iram uniuersi insurgentes procedente tēpore optimos eoꝝ
dūtaxat ꝑmittentes: postremo sorte electos. Hęc igit de acheis
scythicis relata accepimus. Mithridates ī męotidam deuectus
in qua dynastę multi inerant ipsis regē ob gestarū rerū gloriā
ac principatus magnitudinē pręsentis adhuc suscipientibus &
ex suis pręmittentibus donaq; plurima deferētibus socios sibi
assūpsit: maiora meditatus ex thracia uidelicet in macedoniā:
ex macedonia uero ad peonas deducere: indeq; ī italiā ꝑ alpes
pertransire. Filiarū quoq; cōnubia ad societates confirmandas
cū potentioribus eorū iniȷt. Macharis autē filius eius per tam
īmensa terrarū spacia tam modico tempore ac per ferocissimas

Dioscuris urbs.

Nagnanimus rex.

Porum quid

Io inachia.

Origo achiuorū in scythia.

Achivi scythici

Solę filię supererant.

gentes delatũ cũ audiret: Scytharũ quoq; claustra ad ꝓhiben-
dũ eius cursũ nihil momenti attulisse cernens quo minus libe-
re euaderet legatos quosdã ad eũ misit excusationẽ preferen-
tes ꝙ necessitate ductus romanorũ partes secutus esset. Ira de-
inde regis in ĩmensũ ardescente ad cheronnesum quę ĩ ponto
est incẽsis nauibus omnibus aufugit ne ipsũ insequeret pater.
Cęterũ alias ꝑmittẽte rege seipsũ interfecit. Mithridates ami-
cos omnes quos illi ĩ regnũ abeũti ut socios addiderat necauit:
Filij uero ueluti ministros amici ꝓprij illesos esse uoluit. Hęc
igit circa Mithridatẽ gesta. Pompeius regẽ fugientem usq; in
colchos persecutũ ulterius insequi desijt satis ratus neq; pontũ
a se: neq; męotidam paludẽ esse circũeunda: neq; magnis de-
inceps rebus initi posse qui regno cecidisset; ueꝝ colchos adijt
& argonautarũ historiã: Iouisq; filioꝝ & Herculis peregrina-
tionẽ maxime oculis subijcere cupiẽs hęc intelligit. Plures au-
riferi fontes ex caucaso monte scaturiũt arenę pene inuisibilis:
ad quos finitimi pelles apponentes ĩ fluxu admodũ profundo
arenã detentam colligũt: quę aureę cuiusdã pellis speciẽ prę se
ferũt. Pompeio ad cognitionẽ huius rei potissimũ intento nõ
nulli annũciãt quę natiões finitimę haud longe ĩ armis essent.
Oraçes quidẽ albanoꝝ: & Tocus hiberoꝝ reges cũ septuagin-
ta millibus hominũ ad fluuiũ Cirtũ cõuenerãt: qui duodecim
patentibus riuis elapsus ĩ caspiũ mare diffundit plurimis ĩ eũ
decurrẽtibus amnibus. quorũ omniũ maximus habet Araxes.
Huiusmodi as cũ ꝑcepisset Pompeius pontẽ a fluuio imposuit
& barbaros insecutus inter siluas opacissimas compulit. Sed cũ
illi latitãtes subito insurgerẽt, exercitu circũ siluas posito ignẽ
ĩmisit: & fugientes insequi cœpit quoad tandẽ omnes munera
obsidesq; attulerunt: de quibus etiã romę triũphũ egit. Ingens
multitudo inter obsides & captiuos mulierũ deprehensa est:
quę nõ minora uiris uulnera perferrẽt: creditũq; est eas Ama-
çones esse. siue ꝙ uicina illis amaçonũ natio inhabitet: & ob id

Macharis excusatio p legatos ad patrem.

Regis ira.

Mors Macharis Mithridatis filij.

Argonautaꝝ historia fabulosa.

Oraçes & Tocus reges.

Cirtus fluuius.

Araxes fluuius.

Attende mulieres.

Opinio de Amaçonibus.

ad militiã uocatę una accesserint: siue pugnaces quasdam fœminas barbari ipsi Amaçones appellare soleãt. Reuersus inde Pompeius ĩ armenia castra posuit: accusationẽ Tigrani inferens ꝙ cum Mithridate ĩ romanos gessisset bellũ: & iam circa Artaxata eiusdẽ regiã signa habebat. Tigrani quippe ulterius bellũ gerere haud animus fuerat. nati quidẽ illi aderãt ex Mithridatis filia: ex quibus duos Tigranes ipse occiderat: unũ uidelicet bello cõtendentẽ: alterũ ĩ uenatione cũ ex equo ꝓcidẽti nullã attulisset opem: sed adhuc iacẽte eo diadema assũpsisset. Tertiũ in ipsa uenatione cõquestũ mortẽ eius corona donauerat. Qui post modicũ illũ derelinquẽs bello patri illato uictus ad Phraatem parthorũ regem se contulerat. Is nuper ad patris principatũ fuerat electus. Appropinquãte demũ Pompeio cũ Phraate re cõmunicata cõsentiente illo & cũ eo amicitiã iureiurando confirmãte iuuenis supplex ad Pompeiũ profugit q̃q̃ Mithridatis ex filia nepos: ueꝝ magna iusticię opinio & fidei apud barbaros quoq; Pompeio aderat adeo ut confisus Tigranes pater caduceatore nullo pręmisso ad illum ultro accesserit: omnia alia ac seipsũ Pompei fidei: ęquitatiq; cõmittẽs: filiũq; ĩ cõspectu eius pariter accusans ita ut Pompeio/ pretoribus: & equitũ pręfectis imperãte ut illi honoris gratia obuiã ꝓdirent ad eũ accedentes cũ nullã fideiussionẽ itineris pręstitã intelligerent retrocessisse memorẽt. Veꝝ rex subinde applicuit: & Pompeiũ ueluti dignitate longe pręstantẽ ritu barbarico ueneratus est. Sunt qui dicãt lictoribus a Pompeio pręmissis detentũ in conspectũ eius uenisse. Quoquo modo/ uenisse eum satis cõstat ex ijs quę secuta sunt. Nam Pompeio sex millia talenta dono dedit: militibus uero separatim unicuiq; drachmas qnquaginta: Ducibus autẽ turmarũ: prętoribusq; decẽ millia. Pompeius cõmissorũ omniũ ueniam illi concessit: & cũ puero pariter cõciliauit: filio quoq; regnũ Sophenes & Gordiene habere cõcessit: quę nunc armenia minor appellat̃: patri reliquã

Amazones pugnaces dici

Pompei castra in armenia.

Artaxata Tigranis regia.

De Tigranis filijs lege.

Phraates parthoꝝ rex.

Laus Pompei.

Tigranes ad Pompeiũ proficiscitur.

Attende.

Dignũ rege donũ a Tigrane ad Pompeium allatũ.

Pompei benignitas.

Armenia quae sit

Antiochus Eusebius.

Nicopolis urbs a Pompeio condita.

Ariobarçanes cappadociȩ rex declaratus

Sophene. Gordiene.

Cababala ciliciȩ urbs.

Cȩsar augustus.

Pompeianȩ uictoriȩ & regiones per eum subiectȩ romano imperio.

Darius medoꝝ rex.

Arethas rex nabatheorum.

Aristobolus rex iudȩorum.

Hierosolyma a Pompeio euersa.

Idumei. Iturei.

Antiochus Eusebius.

armeniã omnẽ tradidit. Puero deinceps hȩreditatis sorte principatus ab eo acquisiti partẽ impendere uoluit deditq; syriam quȩ ab euphrate ad mare pertinet. Hãc quippe & ciliciȩ partẽ quãdã Tigranes possidebat Antiochũ expellens: qui Eusebius uocabat͛. Armenioꝝ quicũq; Tigranẽ ad Põpeiũ euntẽ dereliquerãt cũ ob id suspitione tenerent͛ filiũ eius q apud Pompeiũ adhuc erat hortabãt͛ ut patrẽ interficeret: ueꝝ ijs captus & uinctus cũ interim parthos ĩ Pompeiũ irritaret ĩ triũphũ ductus subinde interfectus est. Pompeius bellũ omne iam pfectũ arbitratus eo loci quo Mithridatẽ superauerat urbẽ condidit quȩ ab operis effectu Nicopolis uocitata ĩ armenia quȩ minor dicitur sita est. Ariobarçanẽ deinde cappadociȩ regẽ declarauit: & Sophenẽ ac Gordienẽ illi addidit: quas Mithridatis filio ante cõcesserat: quȩ ad ȩtatẽ quoq; nostrã a ꝓtoribus cũ cappadocia pariter regunt͛: Dedit & ciliciȩ urbẽ Cababala nomine aliasq;. Ariobarçanes eo modo regionẽ puero ademptã sibi uẽdicauit: de qua plures mutationes usq; ad Cȩsarẽ secutȩ sunt augustũ: sub cuius imperio ut alia reliqua sic hȩc regio ad prȩtoꝝ delata est tutelã. Pompeius taurũ montẽ supergressus eousq; cũ Antiocho comageno bellũ gessit: quoad eũ ad obsequiũ & amicitiam pellexit. Egit & bellũ contra Dariũ medorũ regẽ: quem ad fugã tandẽ cõpulit siue cũ Antiocho una depugnantẽ siue cũ Tigrane primũ. Pari modo cũ Aretha nabatheoꝝ rege prȩlio contendit: & iudȩis cũ rex eorũ Aristobolus a romanis desciuisset/ sacratissimãq; eorũ urbẽ hierosolymã euertit. Cilices preterea uicit. tot enim regiones romano subiecit imperio. Syriã insuper aliã: quȩ circa euphratẽ sita est: & inferior ac phoenicis & palȩstinȩ dicit͛. Idumeoꝝ & itureoꝝ & quȩcũq; alia syrioꝝ nomina ꝓgressus romanis parere compulit. Cumq; nullã in Antiochum Eusebiũ causam haberet prȩsentem & pro paterno regno suppliciter orantem: ratus si & illũ debellasset regionẽ omnẽ in romanoꝝ cessuram potestatem regno expulit.

Dum hęc a Pompeio geruntᷣ legati a Phraate & Tigrane qui bellū inuicē gerebāt aduenere. Tigranes ueluti amico & socio opem sibi a Pompeio impendi requirebat. Parthus uero amicitiā cum romanis inire postulabat. Pompeius cū haud dignū existimaret parthos ex romanorum decreto bellum gerere ad utrosq; conciliatores destinat. Hęc hactenus in hunc modum a Pompeio gesta. Mithridati interim ambitus ad pōti ultima fuisse cōstat: q panticapeio capto europeo emporio ad ingressū ponti delatus Xipharē filiū supra porū ipsū interfecit ob matris delictū: quod huiusmodi fuisse diciᷣ. Arx quędā Mithridati erat: in qua subterranei latebāt thesauri multo ęre ac ferro pecunijsq; referti. Stratonice una ex Mithridatis pellicibus siue uxoribus cui arcis curā & noticiā abditarū reꝝ rex impenderat circūeūte adhuc pontū Mithridate Pompeio arcē tradidit & thesauros ignotos illi ꝓdidit cōditione addita ut si Pompeius filiū eius Xipharē cepisset saluū esse uellet. Ille pecunijs adeptis Xipharem sibi tradere & quę sua essent secū absportare sinere pollicitus est: quibus intellectis Mithridates Xipharem occidit supra porum matre alio ex littore inspectante necem filij: insepultū quoq; abiecit. Sic ille filium despexit ut mulierem torqueret delinquentē. Legatos pręterea ad Pompeiū: quē adhuc ī Syria uersari audierat de aduētu eius insciū subinde mittit: qui ꝓ paterno regno tributū romanis pendere eū uelle significarent. Pompeio autē Mithridatē ad conspectū eius accedere iubente & ꝓ seipso depcari queadmodū Tigranes fecerat se id nequaq̄ polliceri uelle dum Mithridates esset respondit: missurū uero ex filijs quosdā & amicis. Et hęc una dicens sūma celeritate parabat exercitū seruos ī libertatē uendicans. Armorū porro multitudinē ac sagittarū & machinas in unū conferebat non siluis cuiuspiam indulgens aut bobus ad aratra dispositis quo neruos assumeret: tributa omnibus usq;

Legationes attende Tigranis & Phraatis ad Pompeium.

Pompei conciliatores ad utrosq; inuicem belligerantes. Xipharen

Mithridates filium interficit.

Stratonice.

Mithridatis extrema sors.

Attende regem.

Phanagoria.

Castor.

Triphon

Artaphernes.

Mithridatis filij.

Regis terror.

ad minimas substantias imponens. ministri ad hęc ab eo electi multis rege inscio ludibria inferebant. cum ipse ex uulnere in facie oborto trium duntaxat eunuchorum curaretur manibus: ab ijsq; solum uideretur. Cõualescente deinde eo exercitus in unum congregans statim affuit. Electorum cohortes sexaginta: quę separatim sexcentos uiros continerent: aliaq; infinita multitudo & naues plurimę aderant. Opportunitas insuper locorum quę ęgrotante eo duces inuaserant. Partem itaq; exercitus in phanagoriam transire imperat/ alterum in ingressu emporium ut ab utraq; parte exitus haberet liberos Pompeio adhuc ĩ syria existente. Erat Castor quidam phanagoreus domo nobilis. Is cum ab Triphone regio eunucho iniuria affectus esset in ipso aditu deprehensum interemit: & plebeios in libertatem conuocare cœpit. Sed cũ arx ab Artapherne & alijs Mithridatis filijs teneretur lignorum struem apponentes arci ignem intulerunt: sic ut Artaphernes & Darius & Xerxes atq; Oxatres: & Eupatra Mithridatis filij ex timore ignis se in eorum potestate concesserint. Erat iam quadragenarius Artaphernes: reliqui pueri eximia indole ac pulchritudine. Sola Eupatra ĩ arce restitit altera Mithridatis filia quam pater unice diligens pręmissis dicrotis statim ex arce sustulit. Quęcunq; uero pręsidia in proximo fuere per prius a Mithridate derelicta inualescente phanagoreorum seditione ad illos defecerunt: cheronnesus & theodosia: nimpheumq; & quęcũq; alia circa pontum accommoda sunt ad bellum loca. Territus itaq; crebris defectionibus rex cum exercitũ quoq; suspectum haberet ne ĩ officio persisteret cum ob militię difficultatem tum ob tributorum uiolentiam & infidelitatem: quę utplurimum infortunatos duces solet insequi ad Scytharum reges & dy-

nastas eunuchos propere emittit: qui filias illis connubio offerrent: subsidia summa celeritate exigerent. Quingenti ab exercitu uiri regis filias comitabantur: qui cum paulum a Mithridate discessissent eunuchos earum duces interficiunt infensi ꝙ assidue ab illis Mithridatem detinētibus essent oppugnati: puellasq; ad Pompeium adducunt. Mithridates tot filijs ac pręsidijs & uniuerso tandem principatu destitutus cum nec amplius romanis ad pugnandum par esset: nec scytharum amicitiam ulterius consequi speraret nihil tamē miserum nec abiectum concepit animo: sed ad celtas iampridem socios & amicos eius proficisci: unaq; cum illis italiam ingredi statuit: sperans multas italię partes romanis aduersas esse: certior etiā factus Hannibalem id ipsum in hiberia bellantem effecisse: & ob hoc romanis formidabiliorem extitisse. Intelligebat pręterea italiam ferme omnem ob eorum odium ab romanis desciuisse: ac pro maiori eius parte in illos bellum gerere a Spartaco solo in romanos concitatam uiro nullius famę aut claritatis. Hęc animo recensens Mithridates ad celtas properabat. Tam igitur illustre facinus a rege meditatum exercitus sequi recusauit potissimum ob audacię magnitudinem ad tam longinquam militiā abduci: & exteras regiones formidantes & in homines quibus nihil adesset proprij. Mithridatem desperatione rerum omnium ad hęc ferri milites putabant: malleq; eum quippiam agentē & regnantem interire/ q̄ per inertiam uitam agere. Hęc intra se uoluentes taciti imperium adhuc eius pręferebāt. Non enim uilis aut contemnendus q̄q̄ in extremis cladibus uisebat rex. His ita se habentibus Pharnaces filiorū eius longe clarior & iampridem ad principatum destinatus hętes siue timore imperij: & exercitus pręsentis ductus:

Regis consilium de filiabus.

Magnanimus & laude dignus rex.

Hannibal.

Spartacus.

Pharnaces in patrem conspirat.

Malum consilium.

Proditio Pharnacis.

& q͏̄ a romanis ueniam speraret: siue periculum regni sui meditatus si ĩ italiam transiret pater: siue alijs rationibus & causis moueret insidias patri instruit. Deprehensis cõspiratoribus & ad tormenta deductis Menophanes quidã Mithridatẽ adhortatus est quasi non necesse foret enauiganti honoratiorẽ filiũ occidere huiusmodi nouitates circa bella maxime uersari: quibus cessantib9 & hęc optime disponi posse. His persuasus rex ueniam filio concessit. At ille facinoris memoria conterritus cum exercitũ militiam detrectantẽ cerneret noctu ad primos romanoꝝ transfugas prope Mithridatis castra cõmorãtes gressum mouit: q̃ magnũ illis ĩmineat discrimen si in italiam transierint q̃q̃ clare intelligentibus liberioribus adhuc uerbis palã facit. Multa pręterea apud se manentibus pollicitus impẽdere tandẽ a patre deficere coegit. Cũ hos ĩ sententiã suã deduxisset eadẽ nocte ad alia propiora castra statim mittit. Assentientibus quoq; illis primi ad aurorã transfugę clamare incipiunt: subinde proximiores illis extulere uocem: quod a casu fortasse quibusdam euenit: cũ nec omnes uicissim cõspirarent: ueꝝ ad res nouas proni infelicitatẽ regis intuentes mutationibus continue spem addiderãt. Nõ nulli p ignorantiã ab ijs qui intelligebãt incitati uniuersa perturbabãt: cũ soli existẽtes a pluribus cõtemni ueriti necessitate magis ac timore q̃ uoluntate cõclamabãt. Mithridates tam ingenti sono excitus nõ nullos destinat qui necessitatem & causam huius uocis explorarẽt: quibus illi nihil occulentes/ filiũ dixere iuuenem pro sene patre sumpsisse regnũ: qui eunuchis inseruiret: quiq; plures filios: duces quoq; & amicos occidisset. Hęc intelligens Mithridates ad eos locuturus e tabernaculo egredit᷑. multitudo ex p̄sidijs ad transfugas subito accurrit. His pręclictũ erat ne ad se ulterius accederent ni magnũ quippiam ad ꝓmittendam fidẽ peregissent: Mithridatem simul ostendentes. Illi fugiẽtis equũ intercipere

festinabant: Pharnacem quoq; sicut prius detinentes regem pariter appellant. Scirpum deinde latiorem cũ e templo attulisset quispiã ꝓ diademate illi annectunt. Quę omnia ab edito contemplatus rex aliũ super aliũ ad Pharnacem ex suis mittit: & ut tuto ei fugere liceat exposcit. Nemine ex pręmissis ad eũ redeunte ueritus ne romanis traderetur, corporis sui custodes amicosq; qꝫ in fide permansissent meritis laudibus attollens ad nouũ regem ire iussit: quorũ nõ nullos accedentes milites inopine aggressi confecerunt. Ipse uenenũ quod in ense assidue gestabat educẽs miscere cœpit. Duę apud regẽ filię puellę adhuc educabãt Mithridatia & Nissa ęgypti & cypri regibus in cõnubiũ dicatę: quę uenenũ prius sumere poscentes & uehementius instantes regem haurire ꝓhibebant: quoad illud tandem assumẽtes cum subita ueneni uis eas attigisset exanimatę ciderunt. Mithridates cum continue & facillime ambularet haud cõmode extingui poterat potissimũ medicaminibus assuetus ad uenena prohibẽda: quę ad ętatem usq; nostram mithridatica appellant pharmaca. Bittitum igitur quendam celtarum ducem intuens multa inquit ex tua in hostes dextra: & quidem pręclara adeptus sum: nihil autem maius in pręsenti cõsequi a te possum q̃ si me periculo eximas ad triũphi pompam reseruatũ: Tanti modo principatus regem imperatoremq;: nec a ueneno cõfici potentem ob medicamentorũ uim quibus ad pręseruandam uim usus sum. Est enim periculosissimũ: & domesticum continue uenenũ regibus: Infidelitatem uero exercitus filiorumq; & amicorũ minus caute uitasse uideor qui cętera diligentius in uita cauerim. His itaq; permotus Bittitus illachrymansq; indigenti regi opem attulit. Decessit igitur Mithridates sextusdecimus a Dario ultimo persarũ rege: octauus a Mithridate illo qui a macedonibus defecit: & ponti

Nouũ coronationis genus.

Mithridatis mors.
Pietatem lege filiarũ.
Mitridatia et Nissa

Mithridatica pharmaca
Bittitus.
Generosa Mithridatis uerba in morte.

Periculosum ac domesticũ regibus uenenum. nota.

Error: quia superius dixit sextus.

Mitridatis aetas

Epilogus de uirtutib⁹ & uitijs Mithridatis.

regnũ sibi uendicauit. Vixit autẽ annis octo siue nouem supra sexaginta: ĩ quibus ꝑ septẽ & qnquaginta regnũ tenuit. Principatus enim ad eũ adhuc puerũ: & parẽtibus orbatũ translatus est: Finitimos barbaroꝝ populos in potestatẽ redegit: Scytharũ multos sibi subdidit: & ĩ romanos ꝑ quadraginta annos potenter depugnauit: quo tempore bithyniã & cappadociam plerũq; adeptus est: asiam: phrygiã: paphlagoniã: galatiam: ac macedoniã cũ in grẹciã deduceret inuasit. Multa & prẹclara egit: ac mari a cilicia ad Ioniũ usq; dominatus est quoad Sylla intra paterni regni limites eũ iterũ inclusit centũ & sexaginta millibus hominũ eidem ĩ bello ademptis. Inter tot tamen lubricos ꝓlapsus casus bellũ semper facillime mouit cũ optimis ducibus prẹlio decertans. A Sylla quidẽ: Lucullo: & Pompeio uictus est: sẹpenumero illis plura suplucratus. Nam. L. Cassiũ &. Q. Oppiũ & Maniũ Atiliũ captiuos sibi deditos palam circunduxit quoad illũ qui totius belli causa fuerat occidit: reliquos Syllẹ tradidit. Vicit Fimbriã ac Murenã: Cottam quoq; cõsulatu illustrẽ: Fabiũ insuper ac Triariũ. Fuit illi ingeniũ ad labores cladesq; prẹcellens. Nõ una utiq; uia romanos aggressus est: & q̃q̃ uictus minime ab incepto destitit. Cũ euanitis & celtis fœdus inijt: & ad Sertoriũ ĩ hiberiã misit. Plerũq; ab hostibus alijsq; ꝑ insidias ferro impetitus & saucius nullo tamen ab opere cessauit. Cumq; iam senior esset nemo ex conspiratoribus eũ latuit ad nouissima usq; eius: ueꝝ ultro hẹc despiciens ob id ipsum interempt⁹ est: Tanta maliciẹ ingratitudo est cui uenia impẽdit. Sanguinolentus ac crudelis ĩ omnes fuit. Nam matrẽ fratrẽ ac filios tres impuberes: totidẽq; filias interfecit. Statura ingenti fuisse traditur: ut ex armoꝝ forma quẹ delphis allata sũt licet intueri: ualitudine prosperrima usus ad ultimũ uitẹ tẽpus equitabat: iaculabaturq; & ꝑ mille stadia dispositis ꝑ interualla equis una die discurrebat: currus sex & decẽ equis agitauit grẹcis imbutus disciplinis: & ob id sacris grẹcoꝝ usus.

Euanitẹ.

Sanguinolentus Mithridates. et crudelis in suos

Mitridatis statura & laudes

Musicę preterea deditus: sobrietatis eximię in plurimis: laborũq; patientissimus: solis mulierũ deuictus est illecebris. His rebus preditus Mithridates Eupater & Dionysius cessit e uita. Romani pcepta eius morte festiuitatibus solẽnijsq; pdidere lęticiã: ueluti acerbissimo hoste liberati. Pharnaces Pompeio necem patris ad Sinopem usq; p triremes annũciat: & eos qui Maniũ ceperãt illi mittit. Obsides ad hęc plurimos: quos e gręcis aut barbaris habuit simul destinat: & ut sibi uel paternum regnũ: uel bosphori solũ concederet: uel quod Machares eius frater a Mithridate suscepisset deprecat. Pompeius solennia Mithridatis funeri attribuit: & ut regio sepulchro inferret: & ĩ Sinopi regalibus cõderet monumẽtis seruis eius imperauit: magnanimitatẽ eius admiratus ueluti regũ omniũ: qui contra se fuissent pręclarissimi. Pharnacẽ uero italiam laboribus discriminibusq; liberantẽ socium populi romani esse uoluit: & bosphori regnũ sibi tradidit: phanagoreis duntaxat exceptis: quibus liberos esse & suis legibus degere cõcessit eã ob rem ꝙ primi inualescẽte Mithridate: & naues exercitusq; alios & aggressus liberos habẽte sese opposuissent: & duces defectionis reliquis se pstitissent: ac mithridaticę detentiõis fuissent causa. Ipse unico prelio piratis superatis maiore rege deuicto ad reliqua prelia sine pontico delatus bello colchis: albanis: hiberis: armenijs: medis: arapsis: iudeis ceterisq; orientis nationibus regnorũ fines apposuit romanis usq; in ęgyptũ cũ ad eã nunq̃ accessisset q̃q̃ ęgyptijs cũ rege discidentibus & eũ efflagitantibus in regẽ. Dona preterea: aurũ & uestes uniuerso exercitui prębentib⁹ siue magnitudine regni adhuc prepotẽtis siue inimicoꝝ territus inuidia: siue oraculoꝝ dissuasionibus: siue alijs pmotus rationibus: atq; causis: quas ad ęgyptios referret. Deuictarum uero gentium quasdam liberos esse uoluit societatis causa in bello: quasdã romanis celere subiecit: nõ nullas in regna distribuit. Nam Tigrani armeniam: Pharnaci bosphorũ:

Romanorũ lęticia.

Felicitas ac potestas Pompei.

Regna a Pompeio distributa.

Galathe q sunt

Sacerdos dignitas regia

Vrbes a Pompeio condite.

Eupateria

Magnopolim

Maxaca

palefoli urbs

Talaurij

Apparatus rerum preciosarum.

Troni

Premia militibus a Pompeio exhibita.

Ariobarçani cappadociã: & que superius retulimus attribuit: Antiocho comageno seleuciam tradidit: & quecũq; alia mesopotamie percurrisset loca. Instituit & gallogrecorũ tetrarchas: qui nũc galathe dicũt cappadocie finitimi Doiotarũ atq; alios: paphlagonie Attalũ: colchis Aristarchũ dynastã declarauit: & comagenis Archelaũ sacerdotẽ: que dignitas regia habetur: & Phanagoreũ Mastorẽ, amicũ populi romani. Multis preterea alijs regiones & pecunias distribuit. Vrbes etiã cõdidit in minori armenia Nicopolim ob uictoriã: in ponto eupateriã: quã ipse Eupater Mithridates tenuit: & a se eupateriã nominauit. Sed cũ postmodũ a romanis capta ac dirruta fuisset Pompeius denuo eã erigens Magnopolim appellauit. In cappadocia item Maxacam restituit urbẽ bello funditus euersam. Sic alias plerunq; detentas aut incõmodis affectas in melius reddidit circa pontũ & palestinã syriãq; inferiorẽ: & ciliciã: in quã potissimũ piratas transtulit: & ubi palesoli urbs fuit nunc pompeiopolis est. In talaurijs quedã ciuitas erat: quã Mithridates uelut horreum apparatus omnis detinebat. In ea ad duo mille pocula ex lapide: qui onychites dicitur inuenta referunt auro lita. Phiale insup ac uasa alia uarietate precipua: mẽse throniq; ad luxuriã exculti: equoꝝ ulterius frena: pectoralia deinde & tergoralia omnia uicissim lapillis ornata & auro circumlita: quoꝝ representatio ob multitudinẽ uix triginta dieb9 explicita est. Ex his alia Darij ultimi fuisse memorãt: alia ex Ptolemei principatu quecunq; Cleopatra apud choos detulisset: & choi Mithridati tradidissent. Erãt pleraq; ex ijs: que Mithridates ad ornatũ collecta pparauerat pulchritudinis & decoris causa. Finiẽte hyeme Pompeius premia militibus exhibuit uiritim mille & qngentas drachmas atticas: Ducibus eorũ cõdigna pariter impẽdit: quoꝝ sũma decies sexagies mille talenta attigisse creditur. Ipse in ephesum profectus demum ĩ italiam enauigauit. Inde romam delatus in Brundusio exercitum & domestica queq;

reliquit. Que res ut de populari potissimũ uiro romanos ĩ admirationẽ sui cõpulit: & ipsi aduenienti p partes obuiã pgressi sũt. Primũ longe iuuenes: deinde unusquisq; ut p etatẽ licuit. Vltra hos senatus omnis rex ab eo gestax gloriã admirans. nõ enĩ alius tot hostibus deuictis tam potentes simul nationes romanis subiecit: & eorũ imperiũ ad euphratẽ usq; propagauit. Triumphũ autẽ egit splẽdidiore q̃ alius quiuis ante ipsũ gloria annũ quintũ & trigesimũ adhuc etatis agens. Duobus subinde diebus ex multis nationibus/ponticis uidelicet: armenijs: cappadocibus: cilicijs: syrijsq; omnibus: albanis: eniochis: & acheis q ĩ scythia sũt: ĩ oriente hiberis. Intra portũ uero septingentas naues integras deduxit. in triũphali pompa iuga: currusq; refertos auro: & alios ornatu uarios: Darij hystaspis mẽsam: Eupatris ipsi9 thronũ: sceptrũq; & imaginẽ octo cubitox a pectore aureã protulit. Argenti puri decies septuagies millia qngenta & decẽ talenta. Currus preterea armis refertos: quox infinita fuit multitudo: nauiũ rostra captiuorũq; ingentẽ numerũ: ac piratarũ neminẽ deuinctũ ducens: uex patrio more succinctos ire iubens. Pompeiũ ipsum regum duces omniũ cũ quibus bellũ gesserat ex ordine preibãt. Filij quoq; ac prefecti nõ nulli captiui existẽtes: alij obsides dati numero quattuor & uiginti supra tercentos. Inter hos Tigranes senioris Tigranis filius aderat. Mithridatis filij qnq; Artaphernes: Cyrrus: Oxatres: Darius: & Xerxes: filie uero Orsabaris & Eupatra. Cum his Athalces ducebat colchox sceptriger: & iudeox rex Aristobolus: ac cilicũ tyranni; scytharũq; regum uxores. hiberorũ duces tres: albanorũ duo: & equorũ p̃fectus Mithridatis Menander laodiceus. Eorũ qui p̃sentes nõ affuerãt ferebãt imagines Tigranis scilicet ac Mithridatis queadmodũ pugnassent. & uictox fugiẽtiũq; simulachra annotata erãt: Mithridatis ad hec obsidio & nocturna fuga cũ silentio. Postremo queadmodũ interijssent. Filie etiã depicte cũ illo mortẽ prius eligentes:

Gloria Pompei.

Triumphus omnium ornatissimus.

Filij Mithridatis in triumphũ ducti.

Menander equorũ prefectus.

Absentium imagines.

Attende triumphi descriptionem.

Reges a Pompeio superati.

Chlamys Alexandri macedonis.

Caluisius.

Asander.

Domicius.

& filiorum filiarumque ut ante eum decessissent similitudines cernere erat: deorum etiam barbaricas imagines & ornatus patrios. preferebatur & tabula: in qua naues capte continebantur: rostrate scilicet octingente: urbes preterea ad tributum redacte: cappadocum octo: cilicum & minos syrie uiginti: palestine uero: que nunc Seleucis dicitur. Reges bello superati / Tigranes armenius: Artoces hiberus: Oriçes albanus: Darius medus: Aretha nabatheus: Antiochus comagenus. Hec omnia litteris explicabantur. Pompeius ipse curru lapillis: auroque splendente ferebatur chlamydem ut aiunt indutus Alexandri: qui macedonibus prefuit: si tamen id credere dignum est. Putant quippe illam in ijs que Mithridates ex Cleopatre rebus in choo repperit inuentam fuisse. Currum deinde eius exercituum duces sequebantur: quidam in equis: non nulli pede gradientes. Capitolium inuectus neminem ex captiuis ut alij in triumpho secum tenuit: uerum publicis impensis ad patrias demisit: regibus duntaxat exceptis: & ex his Aristobolus subito extinctus est. Tigranes postmodum interijt. Pompei igitur triumphus huiusmodi fuisse dicitur. Pharnaces interim phanagoreos & finitima bosphori obsedit: quoad inedia coacti phanagorei & ad pugnam accedentes ab eodem superati sunt: ex quibus neminem iniuria afficiens: ceterum amicos sibi statuens obsidibus assumptis retrocessit. Non multo post Sinopem cepit: Amisum capere affectans: & Caluisio duce bellum gessit: quo tempore Pompeius & Cesar armis contendebant: quousque Asander priuatus hostis romanis inter se discidentibus ex asia eum expulit: cum Cesare quoque depugnauit: cui uicto Pompeio & ab egypto redeunti circa Scorobam montem occurrit: ubi pater quondam eius romanos qui cum Triario pugnabant deuicit. Superatus igitur mille comitatus equitibus in Sinopem aufugit. Cesare uero ob ocium ulterius eum sequi negligente: & Domicium ad eum demittente Sinopem Domicio tradens per inducias cum equitibus euasit: quibus in eum perturbatis equos interemit:

nauibusq; peruectus in pontū aufugit: ac scytharū nō nullos: sauromatarumq; i unū congregans Theodosiam: & Panticapeium intercepit. Asandro deinde ob odiū i eum bellū concitante equites ob equorū defectū pedestri prelio minus assueti superati sunt. Pharnaces solus egregie pugnans tandē saucius extinctus est quinquagesimū etatis agens annū: cū bosphori regnū p quinq; & decem annos tenuisset. In hunc igit modū Pharnaces regno decidit: quod Caius Cesar Mithridati pergameno tradidit, ob id q strenue cū illo i egypto depugnasset: nunc uero domestica romanis regna ponti & bythinie effecta sunt: ad que singulis annis pretor mittitur. Cesar que Pompeius tradidisset cū ijs qui accepissent ab eo questus p cōtra se cum Pompeio gessissent bellū sibi asciuit: excepto eo quod in comanis sacris seruabatur: quod ab Archelao ad Nicomedem transtulit. Ea uero nō multo post: & hec ipsa. C. Cesar & . M. Antonius alijs habenda tradidere: que ab Augusto demū Cesare ad pretorū curam translata sunt cum egyptum recepisset modica deinceps occasione ad singulos indigentibus romanis. Itaq; principatu eorū mithridatico bello ad pontū usq; euxinū & ad syrtes supra egyptum: fluuiūq; euphratem ad hiberos & herculeas columnas propagato rite hec uictoria magna: & imperator Pompeius merito magnus appellari debuit. Ipsis autem libyam tenentibus: que ad Cyrenes usq; pertinet Cyrenē Apion laginorū rex genere nothus ex fœdere illis tradidit. Aegyptus i circuitu maris: quod interius est nundū illis cessit.

Theodosia.
Panticapeius.
Mors Pharnacis.
Caius Cesar.
Mithridates pergamenus.
Marcus Antonius.
Augustus Cesar.
Pontus euxinus.
Syrtes.
Pompeius magnus [illegible]
Cyrene.
Apion rex laginorū.

Appiani Alexandrini sophiste Romanorum liber finit qui Mithridaticus inscribitur. Traductio. P. Candidi.

Impressum est hoc opus Venetijs per Bernardū pictorem & Erhardum ratdolt de Augusta una cum Petro loslein de Langencen correctore ac socio. Laus Deo.
.M. CCCC. LXXVII.




BIBLIOTHEQUE SAINTE GENEVIEVE
SG

